



2
6
497















x17

A

XXXVIII

~~W.V.L.F.~~

TALM Schekalim.


B



SCHEKALIM.

Hoc eſt:

TRACTATUS TALMUDICUS

de modo, annuaque conſuetudine

SICLUM MENSE ADAR OFFERENDI,

De

Nummulariorum officio, Collybo, Ærarii Sacri reditibus, expenſis, aliisque, quæ unà tractantur & explicantur,


Latinitate donatus, & perpetuo Commentario è doctiſſimorum Rabbinorum ſcriptis illuſtratus



à

JOHANNE WÜLFERO, Norimbergenſi.

ALTDORFI NORICORUM
Impenſis Chriſtophori Riegelii,
Typis Joh. Henrici Schönnerſtadt.
ANNO CHRISTI MDCLXXX.




II

REVERENDISSIMO, ET EMINENTISSIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO,


DOMINO
JOHANNI FELL,
EPISCOPO OXONIENSI
ET
COLLEGII ÆDIS CHRISTI
DECANO,

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.




ITe leves Chartæ, quà Magna Britannia, parvô
A Morinis divisa fretô, felicia jactat
Arva, nec indignos populos felicibus arvis!
O modò præsentem, sensu concorde, quietem
Seq; pati possint, parentes legibus æquis!
Hospitibus certe faciles, convitia famæ,
Infensæ priscis, animô meliore refutant
Egregiè, postquam studiis, & dogmate CHRISTI
Pectora pacificô cœlestis gratia Patris
Imbuit, & mirô voluit splendescere cultu.
Ite leves Chartæ, Doctrinarumq; Parentem
Virtutumq;, (suæ quæ non unius ocellus
Est Patriæ: radios sed terras spargit in omnes)
OXONIAM, faustô tandem contingite passu!
Ingenti mentis dulcedine Nobilis Urbis,
PRÆSULIS inprimis lætus reminiscor in illa.
Imò meô nunquam venerandus pectore vultus
Excidit, & lautæ, tamen ambitione remotâ,
Inter vina dapes, dapibusq; merôq; benignô
Dulcior, & recreans animi vitalia, sermo. (la?
Quàm benè, quàm sancta sum sæpe refectus in Au-
Una domus Templum, Domini domus, una diser-
Apta Viris, & Discipulis, Academia Veri. (tis

Magni-



Magnificum simul Hospitium, quemcunq; verendô
Non pudor absterret malus, aut mens conscia, tecto.
Rex hominum Divumq; Potens, cui talia curæ;
Ille Deus, cujus dignè fers sacra, rependat,
Et dignas referat TIBI grates, optime PRÆSUL,
Quando minùs possum. Quod possum laudo lubenter,
Et fateor: nec enim nomen jam libero, missô
Ære Sacrô: potiùs lætusq; volensq; manebo
Semper in ære Tuo. Quid? Si plus illicò, technâ
Incipio debere novâ, TIBI, cætera simplex?
Namq; bonis doctisq; magis liber ille placebit,
Quàm quivis alius; saltem mihi gratior hinc est,
Præpositô fronti mellito nomine FELLI.

Cujus constanti gratiæ se humil. commendat

obedientiss. Servus

Norimbergæ d. 20. Jul.
A. MDCLXXX.

Johannes Wülferus.



PRÆFATIO.

ANte plusculos jam annos, cùm in Patrio Lyceo operam adhuc literis darem, ac Hebrææ literaturæ amore capto, calcar sæpius Eruditi Viri adderent, ut publicô aliquô specimine, quid humeri valeant, quid ferre recusent, ostenderem, dubiam diu traxit sententia mentem, quid in tam vasto, ac patente rerum hebraicarum pelago, præ aliis eligendum esset, quô Studiosæ potissimùm Juventuti, cujus usibus me totum jam olim dixeram, consultum esse videretur. In plurimis autem, quæ electionem nonnihil difficilem faciebant, nihil adeò animo nostro arrisit, ac Tractatus Talmudicus שקלים, è quo Numismatum Hebræorum, Siclique inprimis, exactam cognitionem hauriri posse arbitrabar, eâ spe, tam nobiles de duplici Siclo controversias, tantô studiô inter Eruditos hactenus agitatas, vel magnum robur acquisituras, vel pondus omne, quod habere videbantur, penitus amissuras esse, quamvis oppidò mea me spes frustrata fuerit, cùm in ipso statim Operis limine nullam Sicli monetæ rationem haberi: sed id unicè agi viderim, quibus legibus ii tenerentur, qui Siclum annuâ consuetudine Ærario sacro solvebant: Nec tamen sic operæ tum meæ me pœnituit, quin quod cœptum jam erat, pertexerem, cùm neminem noverim, qui eundem interpretandi laborem vel suscepisset, vel Annotationibus Tractatum illum illustrasset; Et ultimam jam operi manum imposueram, dum peregrinationis ad exteras oras tempus appeteret. Seposueram igitur, illud Poetæ animô mecum volvens:

— *nonumq; prematur in annum.*

Redux autem per DEI gratiam factus, vicissimque monitus, ne cum blattis tineisq; laborem meum, utut juvenilem, luctari paterer, annui tandem, ipsumque Opusculum, integrô jam abhinc

Annô

Annô, & quod excurrit, Typographo Francofurtensi, cujus ære ocyus describeretur, commisi, qui tamen contra datam fidem, os adeò impudenter sublinere mihi ausus, tempus quàm longissimè duxit, ac exhaustô omni rubore (ut hominum illorum sunt ingenia, qui, dum semel mentiri occipiunt, mentiendi finem vix unquam faciunt) iniquissimè me fefellit, cujus longioris fraudis impatiens, opusculum meum repetere coactus, Altdorfii prelo subdere constitui. Eo ipso autem in manus meas denuò perlatô, nuntium ab optimo Fautore nostro, Viro Clarissimo & Excellentissimo DN. GEORGIO MATTHIA KÖNIGIO, Professore P. celeberrimo nobis affertur, *Johannem Henricum Othonem V. CL.* eodem labore jam defunctum esse, ac Massechet Schekalim, latinâ togâ indutum, brevioribus Notis illustrasse, quô nuntiô acceptô, nondum tamen versione doctissimi Viri tum visâ, in cœpto nihilominus consilio pergendum esse monebar, secutus hôc ipsô Viros Clarissimos, *Clericum* & *Ulmannum*, qui publici juris jam olim *à Paulo Riccio* factum Tractatum Talmudicum *De Benedictionibus*, suâ quoq; curâ typis descripserunt, ut alios taceam, qui eôdem institutô sæpius usi sunt. Cæterùm non facilè dixerim, an vera ubique sint, quæ de ritu hoc Siclum ærario solvendi Rabbini commemorant, aut an ex fingendi pruritu pro ingenio suo nonnulla comminiscantur. Fidem interea Pandectis Talmudicis habendam esse, credere nos jubet illustris *Josephus Scaliger de Emendat. Temporum p.* 573. cujus verba digna judico, quæ adscribantur: *Hic fuit vetus ritus celebrationis Paschæ temporibus Meßiæ, quod vetustißimi Canones in Digestis Talmudicis manifestò probant. Nisi quis eos neget antiquos esse, quod idem, ac si quis Capita Papiniani, Pauli, Ulpiani, & aliorum Jurisconsultorum, in Digestis Justiniani producta, negat esse eorum Jurisconsultorum, quorum nomine citantur, quod nemo sanus dixerit.* Conf. Seldenum in Comment. ad Eutychii Origines p 53. Unum autem alterumve adhuc monendus est B. Lector, ne anceps quandoque hæreat. Textum videlicet Hebræum è regione cujusvis Mi-

ſchnæ adjectum, è Talmude Amſtelodamenſi deſcripſimus, quod à reliquis Miſchnaiot editionibus immenſum quandoq; diſcrepat, vel omiſſô prorſus, vel additô aliô, vocabulô, quæ ingens varietas unde ortum duxerit, hariolari non poſſum. In Annotationibus noſtris rem breviter, quantum licet, expendimus, doctiſſimorum quoque Virorum verſione, ſicubi opus, additâ, à quibus ſi in diverſum quandoque abeamus, non eſt quod quis gloriæ eorum detractum nos ire putet. Verſionem ſimplici ſtilô adornavimus: Nec enim eſt, *ut hîc elegantia latini ſermonis, quam difficulter fert Lingua Hebræa, præſertim in tali materia, ſpectetur. Studui itaq; modò verbum verbô reddere, quò hebraiſmus eò meliùs cernatur: modò neglectis verbis ad vitandam obſcuritatem, ſenſum, ut potui, reddidi, in id incumbens, ut, quæ in Hebræo breviſſimè dicta ſunt, maximè ubi Rabbinorum citantur autoritates, ſic redderem, ut aliquô modô intelligi poſſent*, ſunt verba doctiſſimi Fagii in Præfat. ad Tisbi p. 3. quæ jam mea facio. Ad extremum, Candidi Lectoris benevolentiam appello, ne, ſi quid erratum inveniat, inclementiùs exagitet: ſed clementer ac benignè corrigat, quod grave mihi neutiquam erit, qui humani à me nihil alienum ſcio, ac illud *Antonini Pii* Lib. VI. τῶν εἰς ἑαυτὸν quotidie mecum repeto: Ει τίς με ἐλέγξαι καὶ παραστῆσαί μοι, ὅτι οὐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνω, ἢ πράσσω, δύναται· χαίρων μεταθήσομαι. ζητῶ γὰρ τὴν ἀλήθειαν, ὑφ' ἧς οὐδεὶς πώποτε ἐβλάβη. βλάπτεται δὲ ὁ ἐπιμένων ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀπάτης καὶ ἀγνοίας. *Si quis me redarguere poteſt & demonſtrare, quòd non rectè ſentiam, aut agam, lætô animô ſententiam mutabo; veritatem enim quæro, quæ nemini unquam damno fuit; damnum autem facit, qui in errore & ignorantia ſua permanet.* Interim Theriacam Judaicam Salomonis Zevi, quæ ſub prelo ſudare jam incipit, B. Lector brevi expectet, benevolamq; mei memoriam habeat, quô ipsô valere plurimùm quemvis jubeo.

מסכת



מסכת שקלים:

Ideſt:

Sectio Talmudica de annua Siclum offerendi conſuetudine.

פרק א:

משנה א

באחד באדר משמיעין על ה
השקלי׳ ועל הכלאים בחמישה
עשר בו קורין את המגילה
בכרכין ומתקנין את הדרכין
ואת הרחובות ואת מקואות
המים ועושין כל צורכי הרבים
ומציינים את הקברות ויוצאין
אף על הכלאים · ב׳ א״ר
יהודה בראשונה היו עוקרין
ומשליכין לפניהם משרבו
עוברי עבירה היו עוקרין ומ
ומשליכין על הדרכים והתקינו
שיהא מפקירין כל השדה
כולה:

Caput I.

MISCHNA I.

PRimô menſis Februarii, tempus Siclum offerendi inſtare, proclamant, unàq; populum, ut agros expurget ſuos, monent. Decimô quintô ejusdem, Megillam in oppidis, (*Jehoſuæ F. Nun tempore, murô cinctis*,) legunt; vias item & plateas reficiunt cum aquarum receptaculis; omni rei, commune bonum concernenti, operam dantes, ſepulchra ſignantes, & heterogeneorum cauſsâ exeuntes. II. R. Jehuda inquit: Ab initio herbas evulſas ad cibum pecorum projectas fuiſſe; at multiplicatis dein transgreſſoribus, in viam ejectas eſſe, ſeriò inſuper Senatu jubente, ut totus ager publicaretur.

ANNOTATA.

שקלים] Antequam Mischnæ nostræ verba pensitemus, de ipso Siclo præmittenda quædam esse duximus, ne sicco pede præteriisse videremur singula. Deducitur autem שֶׁקֶל à שָׁקַל, quemadmodum وزن à وزن apud Arabes, non incommodè hinc denominatione tractâ, quòd pondere examinari, librarique solebat. Ponderabant quippe Veteres Siclos suos, ut vel solius Abrahami exemplô patet, qui Ephroni argentum appendisse dicitur Gen. XXIII, 16. quô instituto etiamnum Christianos, & Barbaros nonnullos uti certum est, ut labore, minutiorem monetam unciatim numerandi, faciliùs exsolvi possint. Eâ autem ratione ut Sacerdotes Judæorum, Proditori Judæ, XXX Siclos etiam delibrasse dicamus, quod non pauci è græco vocabulo ἱςάναι, quô S. Matthæus cap. XXVI, 15. utitur, colligunt, adeò apertum sanè non est. Etsi enim non inficias eam, apud *Xenophontem* τὸ ἱςάναι idem significare ac *pendo*, LXX quoque Interpretes eâdem significatione usos esse, non ignota tamen eisdem etiam significatio *promittendi* est, ut ex I. Macc. XIII, 38. cernere licet, ubi, quæ Demetrius Judæis scripserat: Ὅσα ἑςήκαμεν πρὸς ὑμᾶς, ἕςηκε &c. Drusius ita reddidit: *Quæcunq; vobiscum pacti sumus, pacta sint.* Lutherus: **Und was wir euch verheissen haben/das soll treulich/stet und vest gehalten werden.** *Tremellius* voce JCtis frequentatâ: *Quæcunq; constituimus erga Vos, rata sint.* Constituere enim in Jure Civili aliàs convenire significat, & conveniendo obligare se. Omnium verò certissimè ipse Marcus exponit per vocem ἐπηγγείλαντο, & Lucas per συνέθεντο. Lutherus ad Matth. XXVI, 16. **Sie boten Ihm XXX Silberling**/ad Marc, & Lucam: **Sie verhiessen (gelobten) Ihm das Geld zu geben.** Versio porrò *Maximi Kalliupolitæ* per ἔταξαν expressit, quod verbum Lexicographi Græco-barbari per *polliceor* & *promitto* reddidère, cui interpretationi & *Arabs* & *Syrus* accedere videntur. Neque enim verosimile est, Sacerdotes id nummorum Judæ ante exsolvisse, quàm proditione factâ eis Jesum tradidisset, quod & *Franciscum Lucam Brugensem* movit, cur ab Euthymio discesserit, qui & ipse, *appenderunt*, verterat. *Non dicitur*, ait in h. l. *quòd mox ab initio ipsi obtulerint triginta argenteos; sed quod tandem saltem convenerit inter Judam, & ipsos, de hoc pretio; nec quòd mox ipsi pecuniam numerârint: sed quòd promiserint numerare proditione peractâ.* Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ!

De Siclo autem ipſo ut pergamus loqui, fortaſſe non abs re fuerit. Duo de hoc argumento, inter doctiſſimos Viros, præcipuè disputata ſunt. Unum: *An duplex ſiclus Lege præſertim Divinâ, in Republica Judæorum, ante captivitatem Babylonicam, diverſô charactere notatus, in uſu fuerit, alter ſacris tantùm, civilibus alter negotiis tantùm deſtinatus?* Alterum: *An duplicis etiam ponderis, & valoris fuerit; alter, Sanctuarii ſic dictus, tetradrachmi pondere, valore viginti Gerarum; alter, Siclus Regius dictus, illô priore dimidiô minor?*

Et cùm poſterius hoc evictum ſatis videatur, Lege conſtitutum nullâ fuiſſe aliud Sicli genus in ſacros, aliud in profanos uſus, de eo tamen dubitaverit, qui duplicem iſtiusmodi Siclum propugnabit: An id ex Levit. XXVII, 25. ſufficienter firmari poſſit, ubi *omnes æſtimationes rerum fieri* oportuiſſe, putatur, *ad normam Sicli Sanctuarii*; hâc quippe ratione alterô, profanô vocatô, opus equidem non fuiſſe. Neque enim, *dixerit quisquam*, de omni æſtimatione in univerſum absque exceptione hîc ſermonem eſſe: ſed vel de æſtimatione Siclorum tantùm, quanti ponderis & valoris ii eſſe deberent, qui in Sanctuarium inferendi eſſent, quemadmodum *Janſenius* in h. l. intelligit; vel, ſi omnino de rebus æſtimandis ſermo fiat, ſenſus ſit, non, quòd, quicquid emitur, aut venditur, à quocunque ematur, aut vendatur, Siclô ſacrô emi, & vendi debeat; ſed, quicquid redimitur, aut revenditur, ex rebus, Deo ſemel dicatis, hôc ſiclô emi, vendive debeat. De alia enim re vendenda aut emenda, non agi, ex præcedentibus verſiculis liquere, ut adeò & Emtor, & venditor, & merx emenda, vendendaque diverſim ſe habeant, atque in nudo civili contractu. Ementes enim non quilibet, qui voluiſſent, erant: ſed ii ſoli, qui antea Deo, ſingulari votô, aliquid dedicaverant. Vendentes item non privati mercatores, & negotiatores: ſed Sacerdotes, Dei vicem gerentes. Merx ipſa etiam non quævis res, cujus in vita communi uſus, & permutatio eſt: ſed ea tantùm, quæ jam Dei manibus quaſi concredita erat, à quo principaliter redimenda fuit. Erit igitur, *inquiet*, ejusmodi actio non tam civilis & forenſis habenda, quàm ſacra potiùs, circa res non profanas occupata, & ab homine, qui dominium ejus habebat, venum expoſitas; ſed Dei quaſi proprias, qui hîc ſolus venditoris perſonam ſuſtineat.

Quid quod nec omnium etiam rerum, Deo conſecratarum, pretium redemtionis, præcisè, ſiclum eſſe debuiſſe, Opponens addet, fultus & autoritate ipſius Cap. XXVII, & Rabbinorum teſtimoniis. Inter cætera enim ſi pauperiores erant, qui religione devotionis ſolvi deſiderabant, in manu Sacerdotum erat, tantùm ut penderent, quantum eis à Sacerdote indictum erat, ſeu ſiclô minus, ſeu plus, quoad facultas eorum ferret. Nam & teruncio ſatisfieri poterat. Sic *Gur Arje*, commen-

mentator celebris in Raschium, *pag. 161. col. 4.* לא כל ערך סתמא דערך שאין כתוב בו שקלים איך יהיה בשקל הקדש דבבהמה טמאה כתיב כערכך הכהן כן יקום ואפילו פרוטה אחת, *non de omni æstimatione in genere sermonem Levitico esse*, inquit. *Quomodo enim æstimatio illa, de qua non dicitur, quòd siclô fieri debeat, siclô sacrô fieri poterat? De bestia enim immunda*, (quam quis devoverat,) *scriptum est, ut eô redimeretur pretiô, quod Sacerdos posuerat. Id ipsum autem unicô etiam terunciô fieri potuisset.* De egeno verò non dissimile sentit *Elias Misrachi*, dum ait : לא כל ערך שאתה מעריך יהיה בשקל הקדש כי הנה והעריך אותו הכהן על פי אשר תשיג יד הנודר יעריכנו הכהן פירושו שיסדרנו לפי מה שיש לו כדי חייו ולא יפול עליו לומר שיהיה בשקל הקדש כי אין זה הערך קצבת שקלים וכן רבים: *Non omnis æstimatio, quamcunq; tu æstimabis, erit in siclo sacro. Æstimavit enim sacerdos* (pauperem) *secundùm id, quod apprehendit manus voventis, id est, æstimare eum debebat secundùm id, quod habebat, ut relinqueretur ei, è quo vitam sustentaret; nec convenit, ut de eo dicamus, in siclo sacro æstimationem ejus fieri debuisse, quia apud hanc, aliasq; complures, sicli determinatio facta non est.*

Atque hæc sic quidem opponi possent, quod rationem ex Levitico adductam attinet, quæ, si omnino infirmior alicui videbitur, aliunde an confirmari possit, unô duntaxat siclô in sacris, civilibusque negotiis Judæos usos esse, ante gentis excidium, videamus. Videtur autem apertè Deuteron. XXII, 28. 29. indicari, ubi ei, qui Virgini vitium fecit, pœna L. Siclorum dicta est, quos Virginis Parenti dare necesse erat. Juris sanè hæc actio fuit, adeòque merè civilis, & qui tamen hi sicli fuerint, è *Maimonide*, non indoctô à doctis habitô inter Judæos Doctore, discamus licet. Is verò in *Hilch. Schekalim cap. I. §. 2.* ita scribit : מניין הכסף האמור בתורה באונס ובמפתה ובמוציא שם רע והורג עבד הוא שקל הנאמר בכל מקום בתורה ומשקלו שלש מאות ועשרים שעורה: *Computatio argenti, cujus in Lege mentio fit de cogente & seducente Virginem, & calumniatore, aut eô etiam, qui servum occidit, Siclus semper est, quoties in Lege occurrerit, & pondus ejus est trecentorum ac viginti granorum &c.* quæ eadem verba & in *Smag* leguntur *p. 122.* depromta ex ipsius Talmudis *Maß. Bechorot p. 49. 2.* Jam considera quæso, an is non siclus Sanctuarii fuerit, id quod manifestum è valore τοῦ Gera fiet, si, quot grana continuerit, ex ipso porrò Maimonide scies, qui d. l. §. 5. המעה והיא הגרה שש עשרה שעורות *Meam, seu Geram, pondus sedecim granorum esse*, expressis verbis indicat.

cat. Multiplica jam, si placet, 16. gr. cum XX. Mein, & ad oculum patebit productum, np. 320. grana, seu quod idem est, Siclus Sanctuarii.

Etsi autem suô hæc talô stare sat firmiter existimem, superpondii tamen locô & hæc subjiciam, quæ *Baal Tosephot ad Mass. Bechorot p. 5.* annotavit, ut singulis patescat, adeò *constantem Judæorum traditionem non esse*, duplicem siclum, atque alterum alterô dimidiô majorem, Lege constitutum fuisse, prout quidem multi sibi persuadent. Cùm enim *Tosephot* ad verba Ezech. XLV, 12. consentientibus aliis Rabbinis, & Christianis, dixissent, duplicem Minam inter Judæos tum temporis fuisse; Sacram, duplô majorem profanâ; disertè tamen, æquales Siclos mansisse eô adhuc tempore, testantur, tum eos, quos ad sacros, tum eos, quos ad profanos usus adhibebant. Nisi enim omnia nos fallunt, hoc sibi verba hæc *Tosephot* volunt: מנה של קדש כפול היה אבל שקלים של חול ושל קדש שוין היו: *Mina sancta duplicata erat*; (i. e. alterô tantô major minâ Laicâ) *at verò Sicli sancti & profani æquales erant*, i. e. æqui ponderis & valoris erat Siclus, quô in foro utebantur, cum eo, quô in sacris. Nec dubitare nos ampliùs sinunt *Abarbinelis in Pentat. p. 205. col. I. notata*: ראה ית שיתנו בני ישראל בנדבת המשכן כסף מועט לפי שלא היה ביניהם כסף אחר אלא המטבע הנהוג שקלים וחצי שקלי' והם היו צריכים אל המטבע לקנות הדברים אשר יביאו אצלם סוחרי גוים אשר סביבותיהם: *Vidit Deus, quod Israëlitæ daturi essent ad spontaneum munus Tabernaculi parùm argenti, quia inter eos non erat* aliud argentum, quàm moneta usitata, sicli, puta, & semisicli, *quibus utebantur ad monetam, quâ res à mercatoribus gentium coëmerent, quas ad eos allaturi sint è vicinia, in qua habitabant.* Et in fine columnæ: בעבור שלא היה ביניהם כסף אחר אלא המטבע שהיה שקל אחר צוה שיתנו מחציתו: *Quoniam non erat inter eos aliud argentum*, quàm moneta unius Sicli, *jussit Deus, ut dimidium ejus darent.* Quid verò clariùs, quàm quod *Elias Misrachi in Raschium p. 117*, expressis verbis affirmat: כל השקלים בין דחול דקדש כולם עשרים גרה *Omnes siclos, & sacrum & profanum, XX fuisse Gerarum*? Hæc fortè ex abundanti ad confirmandam Villalpandi, Waltoni, Ariæ Montani, & nuper de hac re peculiari opusculô editam sententiam Nobilissimi Conringii, quem Virum Fata bono literario diu incolumem servent, quod multiformi eruditionis supellectile porrò augeat.

Unum tamen adhuc itemque alterum dubium moveri posset ad ostendendam Sicli Sanctuarii diversitatem à communi, quòd, quoties-

cunque de rebus ſacris ſermo fiat, additus ſit προσδιορισμὸς, *ſecundùm Siclum Sanctuarii*; de rebus autem civilibus, quod ſciatur, nusquam: ſed potiùs *ſecundùm Regium pondus*. Subeſſe igitur gravem cauſſam oportere, cur hîc omiſſa illa determinatio ſit, illibi addita? Haberet hoc dubium aliquam veri ſpeciem, niſi à doctiſſimis Viris cauſſa data eſſet, cur Sanctuarii ſiclus dictus ſit, nempe, quòd in Sanctuario aſſervata erant ponderum & menſurarum exemplaria, ad quæ tanquam ad Lydium lapidem cætera omnia, quotiescunque opus videretur, examinarentur, ipſis etiam *Toſephot ad Maſſ. Bechorot p. 5.* innuentibus, his verbis: עניני משקלות היו במקדש. *Res ponderum* (pondera) *erant in Sanctuario*, quemadmodum & menſurarum exemplaria, *Jalcut p. 115. 120. & Bav. Baſra p. 90.* teſtibus, quos vide. Audiantur autem præterea hæc *Eliæ Miſrachi* verba, quæ in Num. VII, 85. cùm de vaſis Sanctuarii loqueretur, adjecit, & hæc ſunt: המשקל של פרוטרוט האחד היה שוה למשקל של פרוטרוט האחר שאם הירה המשקל האחד בלא שום הכרע היה גם המשקל האחר כן ואם היה במשקל האחד הכרע היה גם במשקל האחר כדמות ההכרע ההוא בלא תוספת ומגרעת לא כדרך השוקלים שאינם מדקדקין במשקל הפרוטרוט כל כך בצמצום ולפעמים יהירה בו הכרע ולפעמים לא יהירה בו וכשחוזר לשוקלן כלן יחד פעמים מרבה פעמים ממעט · אבל משקל כלי בית המקדש אינו כן אלא שהיו כל כך מכוונים המשקלים של פרוטרוט עד שלא היה הפרש בין משקלים של פרוטרוט למשקל של כללן יחד: *Æquipondium erat prorsùs in minutiis ad teruncium usq;. Si enim pondus unum erat absq; ullo ſuperpondio, eodem ſe modô habebat & aliud; & ſi in uno pondere erat ſuperpondium, idem etiam & æquale prorſùs erat in alio absq; ulla vel additione, vel detractione, cùm non exemplum aliorum Zygoſtatarum hac ex parte imitentur, qui in pondere minutiarum adeò ad aſſem accurati non ſunt, quin quandoq; ſuperpondium in eo reperiatur, quandoq; verò non, & dum omnia ſimul ponderant, aliquando ea augeant, aliquando minuant. Alia autem erat in pondere vaſorum Sanctuarii ratio, cùm ea ad aſſem usq; fuerint æqualia, ut ne hilum diſcriminis quidem repertum ſit inter pondera minutiarum, & ſummarum illarum omnium ſimul.* Tam accurata igitur vaſorum Sanctuarii, eorumque ponderis, cùm habita fuerit ratio, reſponderi commodè poſſet, eô fine illum προσδιορισμὸν adjectum eſſe, ut monerentur, cùm ubique bonâ fide cum Proximis agere deberent, tum verò maximè id facerent, quando iis cum Deo ſuo res eſſet, qui nec ludibrio à quoquam haberi ſe patiatur nec à quoquam etiam falli poſſit. Et hæc quidem una ratio eſt, cur ſi-

clus

ctus ſanctus fuerit vocatus. Aliam autem *R. Abraham Menachē in Mincha belula p. 93. col. 2.* docet, quam lubens addo, ut B. Lectori eò meliùs innoteſcat, ipſos etiam Judæos ex hoc ϖεϱσδιοεισμῷ ſiclorum diverſitatem neutiquam concludere. Ideò verò לכן יקרא קדש לפי שכמה מצות צריכי׳ למטבע זו כמו פדיון הבן וערכים: *ſanctum vocari ſiclum*, inquit, *quia tot præcepta ſancta opus eâ monetâ habebant, v. g. redemtio filii, & æſtimationes.* Paulò autem poſt addit: או אולי אמר שקל הקדש להבדיל ביניהם ובין שקלי אונס ומפתה שאינם של קדש: *Aut vocatur forſan ſiclus ſanctus, ad diſtinguendum inter hos, & inter ſiclos cogentis aut ſeducentis virginem, qui non erant ſancti*, i. e. qui non ad ſacra negotia, ſed ad forenſia exſolvebantur. Conf. *Defek tob & librum Zennarenna in Parſcha* תשא.

Alterum è II. Sam. Cap. XIV, 26. obverti poſſet de cæſarie Abſalonis, quam Sanctus Autor CC. Siclos pependiſſe, narrat, pondere Regio. Pondus igitur aliud fuerit, ad quod ſicli illi appenſi ſint, ab illo pondere, quô in librandis Sanctuarii ſiclis uti conſtitutum erat. Eſto, inquam ego. Nunquid verò, quia pondera varia erant, ipſos quoq; ſiclos varios fuiſſe concludendum erit, unum Davidis ætate in uſu, *Aulicum*, ſi ſic appellare licet; ſacrum alterum, ſi placet, *Sacerdotalem* vocatum, civilibus priorem, ſacris alterum uſibus deſtinatum? Nam & Minam duplicem fuiſſe è *Toſephot* ſuprà oſtendimus, unum tamen ubique ſiclum apud æquos, honeſtatisque amantes retentum eſſe; Et fuerint etiam ſicli tum temporis varii, diſtincti ponderis & valoris, diſtinctis etiam nominibus iſtis appellati, an Lege varietatem iſtam probatam fuiſſe unà confirmatum erit? Querentem potiùs Deum audimus de iniquitate lucricupidorum, pondera menſuraſque modò augentium, modò minuentium, Ezech. XLV, 9. 10. De communi autem ſiclo Laicorum, divitum æquè ac pauperum, Deum loqui, ex contextu manifeſtum eſt. Fuerit denique Lege, ipsâque etiam Regiâ, conſtituta varietas eorum, quâ inſuper ratione probabitur, Regium hoc ſiclorum pondus dimidiò ceſſiſſe ponderi ſiclorum Sanctuarii? Omnem autem dubitandi cauſſam tollet, qui, quæ illius ponderis Regii ratio fuerit, clarè nobis exponet. *Gemara in Maſſ. Sota p. 10, 2.* id pondus intelligi ait, שאנשי טיבריא ואנשי ציפורי שוקלין בה, *quô incolæ Tiberiadis & Zephoræ librare ſolebant*. Benè factum, ſi, quale etiam Tiberienſe & Zephoræum pondus fuerit, attexuiſſet. Siquid tamen ex menſura Zephoræa hariolari liceret, lucem quandam affundi nobis poſſe crederem *ex Maſſ. Edaijot. Cap. I. §. 2. & Challa Cap. II. §. 6.* in quibus Commentatores inquiunt: מדה ציפירית עדופה שתות על ירושלמי

menſu-

menſuram Zephoræam parte ſextâ majorem fuiſſe Hieroſolymitanâ. Quid ſi igitur & pondus Zephoræû parte ſextâ majus fuerit Hieroſolymitano? cùm inprimis è Rabbinorum monumentis perſpectum ſit, factum aliquando eſſe, ut pretium menſurarum ac nummorum, & ipſius etiam ſicli, parte ſextâ auctum fuerit, ut è *Toſeph. in Bechor. p. 5. Menachot. p. 77. & Bav. Baſr. p. 90.* aliisque quamplurimis videri poterit; quam conjecturam noſtram de valore ponderis Regii qui benignè corriget, næ! ei gratias agemus lubentes, qui honori nobis ducimus à doctiore diſcere.

Et hæc de diverſitate ponderis & valoris, quæ Siclis tribui à non paucis ſolent. Prius autem illud, diverſa quoque ſigna eosdem habuiſſe, adeò incertum eſt, ut etiam dubitem, an vel ullus nummus, ante captivitatem Babylonicam, ſignatus unquam fuerit, qua de re prolixiùs vid. ante laudatus Conringius de Num. Hebr. cap. VI. p. 47.

Primò menſis Februarii tempus ſiclum offerendi inſtare proclamant.] Deo ſcilicet jubente, quemvis XX annos natum, ſemiſiclum offerre debuiſſe, Cap. XXX. Exod. edocemur. Ita nempe Deus ad Moſem: *Cùm Iſraëlitarum cenſum habebis, in eo cenſu pro ſuo quisq; capite propitiatorium Jovæ pendito, cladis ab eis ita cenſendis avertendæ gratiâ*, quæ verba Moſem diverſim traxiſſe Baal *Akedas Iizchak* inquit, ut propterea è Deo quærere non dubitârit, וכי יוכל אדם לתת כפר נפשו *Num homo pro ſeipſò propitiatorium Deo ſolvere poſſit?* Hominem quippe viribus ſuis multò inferiorem viderat, qui Creatori O.M. ſatisfaceret, ratus, nec verbis, nec opere, nec ullô modô perfici id poſſe. Quid autem reſponſi ab eo Moſes ſibi tulerit, paulò poſt ſubjicit: לא כמו שאתה סבור אני אומר שיתנו כפי כחי אלא כפי כחם זה יתנו כל העובר על הפקודים מחצית השקל: *Non eſt quòd timeas! Nec enim opinari te velim, ſatisfieri mihi ab iis poſſe, ſi jure meô agerem: ſed en miſericordiam Divinam, quæ, dum humanarum virium imbecillitatem novit, acquieſcit, ſi omnis tranſiens ſuper viſitatos dimidium ſiclum exhibuerit.* Conf. *Tanchuma, Zror hammor, Jalcut, &c.*

Cur verò ſemiſiclum præcisè Deus exegerit, ejus unâ plures *in Gemara Maſs. Schekal. p. 4. col. 1.* recenſentur cauſſæ. כתב זה יתנו כל העובר ר׳ יהודה ור׳ נחמן חד אמר לפי שחטאו בחצי היום יתנו מחצית השקל ואוחרן אמר לפי שחטאו ישראל בשש שעות ביום יתנו מחצית השקל דעביד שיתא גירמוסין יהושע ברי׳ נחמיה בשם

בשם רבן יוחנן בן זכאי לפי שעברו על עשר דברות יהא כל אחד ואחד נותן עשרה גרה ר׳ ברכיה בשם ר״ש בן לקיש לפי שמכרו בכורה של רחל בעשרים יהא כל אחד ואחד פודה את בנו בכורו בעשרים כסף ר׳ פינחס בן לוי לפי שמכרו את בכורה של רחל ונפל לכל אחד ואחד טיבעה יהא כל אחד ואחד נותן סיקלו טבע: *Scriptum est : Hoc dabunt omnis transiens &c. cujus duas ferunt opiniones R. Jehuda & R. Nachman ; alter enim inquiebat , quia in dimidio diei peccabant Israëlitæ,* (cùm aureum vitulum idolum sibi erexissent) *dimidium siclum dare tenebantur ; alter verò dicebat , quia sextâ diei horâ peccabant ,* (Ajunt enim id ex Exod. XXXII. probari , cùm non legi debeat בשש, sed בו שש, ac si diceret שבאו שש שעות. Vid. *Baal hatturim*) *semisiclum dabant , valore sex Girmosin. R. Jehosua teste R. Nehemia nomine R. Joch. F. Sachai opinabatur , quia decem præcepta transgressi sunt , decem Gera unicuiq; , ut daret , incubuisse. R. Berachia nomine R. Simeon F. Lakisch ajebat , quia primogenituram Rachel viginti* (argenteis) *vendiderunt , unumquemvis obstrictum esse filium primogenitum XX argenteis redimere. R. Pinchas F. Levi dicebat , quia , cùm venderent primogenituram Rachel , unicuiq; ex eadem moneta quædam accreverat , quisq; siclum suum monetam dare debebat.* Vid. Pirk. Elies. cap. 38. & conf. Bechai , cum Tanchuma ad Parsch. כי תשא. Hisce scilicet prodigiosis commentis animum pascere Judæis perfamiliare est.

Quò autem metæ propiùs accedamus , Mischnæ nostræ verba attentiùs circumspiciamus opus erit. Ea verò , primô Februarii , promulgatione publicè factâ , per tribus universas in urbibus tractibusq; populum admonitum , inquit , ut , cùm tempus spatium det , quisque adesset , ac promtus ad offerendum siclum suum accurreret. Majus nempe proclamatione calcar populo addi , credebat Synedrium , exemplô illius Paralip. II. XXIV, 8. impulsum , ubi populus convocatus dicitur , ut afferretur Jovæ honorarium , à Dei cultore , Mose , Israëlitis in solitudine impositum ; (quæ verba *Raschi* de Siclo exponit) cujus rei testimonium *Gemara* perhibet , dum ait : ר׳ יהודה אמר מכריזין כמה דתימא ויתנו קול ביהודה ובירושלים. Nisi autem Liber precum Judaicarum , *Maschor* dictus , nos fallit , à Deo ipso , Mosi , hoc consilium datum est , ut publicô præconiô , tempus siclum offerendi instare , Populo indicaret , quod è verbis hisce ad oculum patet : עצתה זה לזרה שמע במעמד עתוד שקלים מראש חדש ללמוד פרשת זאת. *Tu* (Deus) *consilium hoc huic* (Mosi) *dedisti , ut in congregationibus , & stationibus* (Israëlitarum) *præconiô notum faceret , tempus Siclorum adfuturum à*

 princi-

principio mensis, & hanc Parscham (quam pauló post indicabimus) *legendam esse.* Ne veró quenquam, ubicunque locorum vixerit, latere totum negotium posset, nec in Synedrium culpa transferretur, si de siclo offerendo certiorem populum non fecerit; (cùm pari culpâ habeatur is, qui, si potuerit, & debuerit, peccatum impedire, non impedivit) hinc factum, ut Magistratus autoritate, prout in aliis etiam rebus consueverant, certi homines in omnes Provincias excurrerent, quibus populo id annunciare commissum erat, *Bartenorâ* annotante: בית דין שולחין בכל ערי ישראל ומכריזין שיביאו שקליהם *Synedrium Legatos emittebat in omnes urbes Israëlis, qui proclamarent, ut siclos suos offerret populus.* Integrô autem mense citius proclamatio illa fiebat, certâ in hanc rem Parschâ prælegi solitâ, ita quidem, ut, si primus dies mensis Adar in alium septimanæ diem, præter sabbatum, inciderit, Lectionem ejus sabbatô præcedente peregerint, *Maß. Megillâ p. 29.* 1. annotante: ראש חדש אדר שחל להיות בשבת קורין בפרשת שקלים חל להיות בתוך השבת מקדימין לשעבר, quæ verba cùm videam *Minhagim germanicè*, jam transtulisse, ex ipsis hîc annectam: Da das בית המקדש gestanden ist / so hat mann müssen kauffen die קרבנות von ראש חדש ניסן von den מחצית השקל, die Israel geben haben / darum hat mann ein gantz חדש darfür ausgeruffen / daß jeglicher soll ein שקל bringen / daß er soll bereit seyn / wann ראש חדש kommt; von deswegen machen wir פרשת שקלים vor an / drum ach / wann ראש חדש ניסן ist in der Wochen / so macht mann פרשת שקלים den שבת darfür / dann solt mann פרשת שקלים nach ר״ח machen / so wird kein gantz חדש da seyn; gefelt ראש חדש אדר am שבת. so macht mañ פרשת שקלים anselben שבת. dann es ist gleich ein gantzer חדש da / &c. Conf. *R. Mardoch. in* לבוש החור *p. 237. edit. Prag.* Quænam autem Parscha Schekalim fuerit, *Gemara* ipsa ostendet, é qua *in Maß. Megill. p. 29, 2.* seqq. annectimus: מאי פרשת שקלים רב אמר צו את בני ישראל ואמרת אליהם את קרבני לחמי ושמואל אמר כי תשא: *Quænam est Parscha Schekalim? Raf ait hæc: Præcipe filiis Israël, & dic ad eos: Panem meum, sacrificia mea comedetis. Num. XXIIX. 2. At Samuel ait, Parscham Schekalim esse hanc: Cùm levabis caput filiorum Israël.* Exod. XXX, 2.

Mirum autem omnino videri cuidam posset, quid eorum interfuerit, ut mense Adar proclamatio fieret. Varias autem ejus rei assignant caussas, quibus vanissimis nugis cùm fides habenda non sit, certissimam credo *Maß. Megillam pag. 29. 2.* nobis aperuisse, dum ait: כיון דבניסן בעי אקרובי מתרומה חדשה קדמינן וקרינן באחד באדר כי

היכי

היכי דליתו שקלים למקדש *Quoniam opus erat ſacrificia è novo conclavis reditu offerre in principio Niſan, anticiparunt lectionem Parſchæ,* (adde & proclamationem) *primò menſis Adar, ut ſiclos ſuos in Sanctuarium* (eò citiùs) *afferrent*, quam rationem *Gemara* etiam *in Maſſ. Schekal. p. 2. col. 3.* meritò ſequitur, his verbis: ולמה באחד באדר כדי שיביאו ישראל שקליהן בעונתן ותתרם תרומה הלשכה מן החדשה בזמנה באי׳ בניסן: *Cur primò menſis Adar proclamatio facta eſt?* Reſpondet autem, *ideò, ut certô tempore Iſraëlitæ ſiclos ſuos offerrent, ſtatutôque tempore, primô puta menſis Niſan, ad ſacrificiorum uſum pecunia è novo conclavis reditu tolli poſſet &c.* quod ipſum quibus ritibus peractum fuerit, infra in Cap. III. pluribus oſtendetur. Quamprimum etenim menſis Niſan advenerat, ſeu novus illuxerat annus, è nova tantummodo oblatione ſacrificia publica fieri debebant, niſi fortè ſicli, in novum annum exſolvendi, præſtiti nondum fuiſſent; tum enim è veteri adhuc ſiclorum ſumma, requiſiti ad ſacrificia ſumtus, neceſſitate ita poſtulante, effundebantur, ita quidem Maimonide Cap. IV. Hilch. Schekal. cum aliis docente, quem vide.

Unaq; populum, ut agros expurget ſuos, monent.] Diverſa ſeminum genera agro mandare, interdictô Divinô, nefas habebatur; ſic enim Levit. XIX, 19. *Agrum tuũ non ſeres diverſis ſpeciebus &c.* Hinc הזורע ב׳ מיני זרעים באחד בארץ ישראל לוקה *vapulabat, qui in terra Iſraëlis duo ſeminum genera datâ operâ invicem ſeminaverat.* Extra eam tamen licuiſſe impunè, *Maimon Cap. I. Kilaim* teſtis eſt, quem vide. Nec tamen adeò cautè mercari omnium ſeminum requirebat conditio; erant enim nonnulla, quæ cum aliis ſeminare religio nulla erat, id quod *Maimon*, & cum illo *Miſchna Maſſ. Kilaim Cap. I.* atteſtantur, ubi varia ſeminum genera recenſent, quæ heterogenea iis non ſunt. Quibus autem rationibus Rabbini noſtri id probent, ii ipſi viderint; mihi enim hoc non facilè perſuaſerint. Quid ergo Miſchna noſtra ſibi velit, patere jam ſatis arbitror. Senatus nempe hortatus populum dicitur, id operam daret, ut agros vineasq; inviſeret, iisq; expurgandis tempus impenderet, ne ob negligentiam ſuam pœnam temere incurrerent. *Vid. Maim. & Raſchi ad p. 13. 2. & 29. 1. Maſſ. Megillæ.*

Decimô quintô ejusdem Megillam, in oppidis, Jehoſ. F. Nun tempore murô cinctis, legunt.] Κατ᾽ ἐξοχὴν libellum Eſther, Megillam à Judæis dici, abunde notum eſt. Eam verò in perpetuam recordationem partæ ab hoſtibus, qui excidium illis minabantur, victoriæ, annuatim perlegebant, idque diverſis diebus, locisque diverſis; præſtituti enim ei rei

quondam dies erant XI, XII, XIII, XIV, & XV. qui quidem mos diu inter eos retentus est. At, quòd doctissimus *Buxtorfius*, cui Ebrææ Linguæ Studiosi sanè permultùm debent, *in Recensione Operis Talmud.* edit. primæ Basil. anno 1613. p. 208; tum secundæ An. 1640. p. 238. *etiamnum hodiè mense Februario, diebus modò dictis, celebrari festum Purim, iisdemq; diebus, cum singularibus ceremoniis, librum Esther legi,* ait, id, liceat pace tanti Viri dicere, neque hodierna praxis confirmat, nec, ut his diebus omnibus perpetuò observaretur, necessarium fuisse, ex ipsis Rabbinis manifestum est. Sic enim *Maim. ad Cap. I. Maß. Megill.* וקריאתה בימים חלוקים היה בזמן שהיתי ידינו פשוטה ותקפה לקיים המצורת בשלומתן אבל בזמן הזה ר״ל מיום שנתחבר התלמוד עד שיבא משיח במהרה בימינו אין קורין אותי אלא בזמנה והוא יום יד וטו: *Quòd Megillam diversis legi diebus dictum est, intellectum volo de illo tempore, cùm manus nostra extensa esset, & robusta ad præcepta* (omnia) *perfectè confirmanda; Hoc autem tempore, i. e. à die, quô Talmud conscriptum fuit, usq; ad Messiæ nostri adventum, qui utinam brevi nobis reveletur, non legitur nisi in tempore suo, nempe die XIV, & XV.* Conf. eundem in opere suo, cui *Jad chasaka* nomen indidit, *Hilch. Megill. Cap. I.* ubi diversis his diebus Megillam lectam fuisse, inquit, בזמן שיש להם מלכות, id quod tamen hodiè, cùm Rege exciderint, in desuetudinem venerit. Ex *Alphasio* autem Tom. I. edit. Cracov. pag. 250. ut alios quamplurimos taceam, aliud addam testimoniũ, cujus verba hæc sunt: באותו העת שהיו ישראל מעמידים דתיהם ואין באין לידי סכנה היו קורין אותה ב״א ב״ב ב״ג אבל בזמן הזה שמסתכנים ישראל בדתיהם אין קורין אותה אלא בזמנה שהוא יום יד וטו: *Illô tempore, quô Israëlitæ fidem suam conservabant integram, nec in periculo* (Religionis) *versabantur, legerunt Megillam die XI, XII, XIII; hodiè verò, cùm Religionis periculo expositi sint Judæi, non legunt eam nisi suo tempore, die XIV, & XV.* Nec variatum est, quantùm quidem ego novi, hac in re sententiis, cùm *Gemara* suum quoq; addat calculum, quam vid. *in Maß. Megill. p. 2.* Ipsam autem caussam, cur hôc avitô institutô uti desistant, non ineptam è MS. quodam annectam opus est, quod Vir Reverendus & Cl. Dn. Thomas Hyde, Proto-Bibliothecarius Oxoniensis, pro singulari sua erga me benevolentia, è rarissimis MSS. Laudianis, volvendum mihi concredidit, cui nomen, nisi prorsus fallor, *Compendii Talmudici* dederunt, è quo ipso, quantum in rem nostram futurum videbatur, seqq. excerpsi. בזמן שהיו ישראל שרוים על ארמתם וקובעין החדשים על פי הראיה ומגיעין שלוחי בית דין בכל מקום ויושין כולת המועדים

המוֹעֲדים עפ״ בית דין היו מקדימין קריאת המגילה לבני הכפרים לפי שכל הימים היו עסוקין במלאכה ומספקין מיני מזון לאחיהם שבכרכין ולא היו מתכנסין בבתי כנסיות אלא ביום ב׳ וה׳ : *Eô*, inquit, *tempore, quô Israëlitæ in terra sua* (securi) *quieverunt, ac menses secundùm visionem constituti sunt*, (vid. Coch. Sanhedr. p. 12.) *ibidemq; qui missi erant, nuntii Synedrii pervenissent, ut ejus autoritate festa solennia constituerent, Paganorum* (seu eorum qui in pagis habitabant) *caussâ lectionem Megillæ anticiparunt, quia illi, singulis Septimanæ diebus, negotiis, & laboribus circumsepti, fratribus suis, qui in urbibus habitabant, de cibis prospiciebant, nec in Synagogis ad recitandas preces conveniebant, nisi* (bis hebdomatim,) *die Lunæ, & die Jovis.* Post interjectas autem quadraginta circiter lineolas ita tandem pergit: בזמן הזה שישראל מפוזרין בכל הארצות ואין קובעין החדשין על פי הראיה אין קורין המגילה אלא בזמנה לפי שמיום קריאת מונין ועושין חג המצות בזמנה, ואם יקדימו קריאת המגילה שמא יקדימו לעשות חג המצות ויאכלו חמץ בימים האחרנים לפיכך בין הכפרים בין העיירות בין הכרכין המוקפין כולה אין קורין אותה אלא בזמנה שאין מוקפין ביד״ ומוקפין בטו״ בין שיש בהן י׳ בטלנים בין אין בהן י׳ בטלנים; *Hoc autem tempore, quô Judæi per totum terrarum orbem dispersi sunt, nec ampliùs juxta visionem menses constituuntur, Megilla non legitur, nisi suô statutô tempore,* (idque eam ob caussam,) *quia à die peractæ Lectionis Megillæ numerare incipiunt, ut* (mense post elapsô,) *Pascha certô tempore* (ritè,) *figere queant. Quod si igitur, tum Lectionem Megillæ anticiparent, timendum esset, ne citiùs Pascha etiam constituerent, panemq; fermentatum comederent ipsis Paschatis diebus subsequentibus. Hinc est, quòd & pagi, & urbes, vel oppida muris cincta* (imò ἀτείχιστα prorsùs) *Megillam non legant, nisi in tempore suo; oppida, puta, muris non cincta, die XIV; muris autem cincta, die XV. etiamsi vel decem Otiosi* (vid. Lex. Buxtorf. pag. 292.) *in ea fuerint, vel non.* Conf. Mardoch. in לבוש החור p. 238. Abs hoc tamen omni si esset etiam, facilè tamen ostendi posset, diversos illos lectionis Megillæ dies, hodienum, à Judæis nostris non observari. Cùm enim in eorum gratiam, qui ruri vitam agebant, diversi ii dies constituti fuerint, ne, dum singulis septimanis, bis, victum civitatibus necessarium adduxerint, depositis cæteris negotiis, in civitates, aliô die, ad celebrandum Festum Purim, reverti cogerentur, manifestum satis arbitror, sublatâ hodiè inter Judæos, victum civitatibus advehendi consuetudine, diver-

 sos

ſos etiam illos lectioni Megillæ dies dicere non opus ampliùs eſſe; ne quid dicam die XIII ſolenne jejunium, *Taanis Eſther* dictum, ubique terrarum exigi, quemadmodum Calendaria Judaica produnt, quod ipſum nunquam certè proferri, vel in alium diem remitti, ajunt, niſi dum in Sabbatum inciderit, ſicut Judaicorum rituum periti optimè ſcient.

In Oppidis] Quæ hîc adduci potuiſſent de diſtinctione inter עיירות כרכים & כפרים, Talmudiſtis ſæpiſſimè uſitatâ, jam olim *Lightfootum*, Virum in hoc literarum genere doctiſſimum, annotaſſe videmus ſingula *in not. ad Evang. S. Marci Cap. I. verſ.* 38. quò B. Lectorem remittimus.

Vias item & plateas reficiunt.] Æquabant nempe vias, ac, ſi ab undarum mole dejecti fuiſſent pontes, aut ruinam minabantur, eos iterum faciebant, quà, ſiquis caſu alterũ interemerit, inoffenſô pede, fugâ ſibi conſuleret, inque aſyla ſeſe abderet. In tuto enim omnis ibi res erat, locusque ſat quietus, ubi aggredi eum non licebat, de quo vid. *Maim. ad cap. I. Miſchnæ noſtræ.* Non ſolûm autem in eorum gratiam, qui alterum occiderant, vias & plateas refectas, credo; ſed etiam, cùm unius rei plures eſſe poſſint fines, eorum cauſſâ, qui certô quotannis tempore Hieroſolymas conſcendebant, ne tam lubricam, difficilemque è continente imbre, viam incederent, multosque in dies, magno cum tædio, iter ducerent. Idque *Toſiphtæ Schekalim* acceptum ferimus, quæ *cap. I.* ita: מתקנין את הדרכים ואת הרחובות שהולחלו בימות הגשמים פירוש למועד סמוך לעולי רגלים כדי שיהיו מתוקנים בשלשה רגלים אלו. Nec verò vias & pontes tantùm reficiebant; ſed & Hermas illos in compitis, quibus vox hæc מקלט inſculpta erat, *Gemarâ* noſtrâ teſte: מקלט היה כתוב על פרשת דרכין כדי שיכיר הרוצח ויפנה שם *Vox* מקלט *in viarum partitione Hermis inſcribebatur, ut cognoſceret Homicida, & eò reſpiceret*, quæ verba clarius *Raschi* ita exponit: בכל מקום שהיו בי דרכים מפוצלים אי פונה לעיר מקלט היה עץ תקוע באותו דרך וכתוב בו מקלט: *Ubiq; in biviis altera via civitatem refugii reſpexit, & Lignum aliquod in via illa erectum fuit, terræ infixum, cui vox* מקלט *inſcripta erat.* Ex illo igitur certior reddebatur percuſſor, quâ viâ propius eundum ſibi eſſet, minorque foret erratio. Dignum porrò annotatu, quod *Jalcut* adjecit, qui על כל מיל ומיל היה עומד בורגן ועל כל בורגן ובורגן

ובורגן היה צלם והיתה ידו של צלם עמוקה והיתה מראה להם לג'
להיכן ערי מקלט *quovis milliari, tugurium vel diversorium fuisse, notat ac unicuiq; eorum imaginem quandam appositam, quæ incurvatâ manu viam ad urbes refugii ostenderit.*

Cum aquarum receptaculis.] Lavari quippe immundos Divina volebat providentia, cujus instituti Levit. XIV. fit mentio. Quâ ratione tamen purgari Sapientibus Judæorum placuerit, *Maimon Hilch. Mikvaot* ita exponit: כל הטובל צריך שיטבול כל גופו כשהוא ערום בבת אחת ואם היה בעל שער יטבול כל שער ראשו : *Quilibet, qui lavare se tenetur, id curet opus est, ut, vestibus remotis, unâ vice toto sese abluat corpore; imò si capillus fuerit promissus, totum insimul immergat opus est.* Conf. Gemaram in Mass. Chagiga p. XI. 1. Omnis verò lotio illa in die fiebat, exceptô lavacrô prægnantis, & menstruó fluxu laborantis mulieris; noctu enim id perpetrabant operis. Locum autem purificationis illius מקוה appellitarunt, tres ulnas aquâ repletum, cùm XL. Sein capacitate esse debuerit. Nisi igitur locus ille, tot Sein continuisset, aut congestum forsan in eo sabulum obstitisset, quò minus omnes corporis particulæ pariter abluerentur, eò allaborandum erat, ut, & haustis aquis, defectum compensarent, & gravi limo locum expurgarent. Quantum autem ex haustis aquis affundere licitum fuerit, vide apud Rabbinos copiosè & subtiliter ea de re disserentes.

Omni rei, commune bonum concernenti, operam dantes.] Quænam res illæ fuerint, *Gemara* exponit, quæ p. 2. 4. ita: ואילו הן כל צורכי הרבים דנים דיני ממונות דיני נפשות דיני מכות פודין ערכין חרמין והקדשיות משקין את סוטה שורפין את הפרה רוצעין עבד עברי מטהרין את המצורע מפרקין את המנעל מעל גבי האמום ואין מחזירין אותו : *Hæc sunt negotia publica: Judicant judicia pecuniaria, criminalia, & flagellatione digna; redimunt res devotas, & Deo consecratas; potant uxorem adulterii suspectam; comburunt vaccam rubram; perforant aurem servi hebræi; purificant leprosum, & removent pessulum* מעל גבי אימום *à foramine, cui ad firmandas fores inditur, nec ampliùs eum obdunt &c.* Dubiò hæc verto animô, cùm non comprehendere possim, quid rei negotiis publicis cum forma calcei, aut forma aliarum rerum, de quibus vocabulum אימום, Lexicographis annotantibus, dicitur, nisi aut foramen illud, cui pessulus inditur, per formam h. l. impropriè intelligatur, aut sphalma quoddam ty-

pographicum irrepſerit, quod ſenſum non parum conturbet. An priori ſignificationi doctiores accedant, dubito. Poſteriùs à vero non abludere videtur, cum videam, *Een Jaacob, & Maimonidem, in annot. ad Miſchn.* locô אימום legere מים, ut ſenſus ſit, publici juris factas fuiſſe ciſternas, occluſas antea, ut nimiô fervore Solis aditus pateret populo ad hauriendas aquas, quibus in tanto æſtu reficeretur. Et ſanè *notulæ ad Talmud Hieroſolymitanum* paria cum Maimonide faciunt, quibus lectio דה אימום in *Maſſ. Schekalim, & Moëd Katon, Cap. I.* vitioſa omnino videtur, dum ajunt: האימום פירוש דפוס של מנעל ונראה שהוא טעות כי מה צורכי רבים שייך בזה אלא צ״ל ומפרקין המנעול מעל גבי המים ואין מחזירין אותו: אימום *ſignificat Muſtricolam. Videtur autem h. l. ſphalma eſſe typographicum; quid enim muſtricola pertinet ad negotia publica? Legi autem omnino ita debet:* מפרקין את המנעול מעל גבי המים *Et removent peſſulum ab aquis, &c.* A decimo quinto autem menſis Adar diligenter iis negotiis invigilabat Synedrium, nullum prætermittens officium, quod tranquillitatem, & conſervationem Reipublicæ concernebat. Vel maximè enim cordi Synedrio erat, ab eo tempore omne ſtudium eò figere, ut, quicquid ex illis negotiis confectum non fuerat, celerrimè, omnique morâ ruptâ, adhuc perageretur dimidiô menſe Adar, ut Siclorum penſitationi, omiſſô ad alia negotia animô, faciliùs dein præeſſent.

Sepulchra ſignantes] Pingebant nempe ſepulchra calce, aquâ maceratâ, ut Locus immundus dignoſceretur, & ab eo ſibi caverent Sacerdotes, Trumam comeſturi, qua de re vid. celeberrima duo Angliæ lumina, *Pocokius in Port. Mos. p. 79. & Lightfootus in not. ad Matth. Cap. XXIII. v. 27.*

Heterogeneorum cauſſâ exeuntes.] Proclamatum ante dixeram, id populus ſedulò adverteret, ut heterogenea agro conſita evelleret; nec tamen id monuiſſe ſat erat, niſi & ſingulari curâ Synedrium certos amandaſſet homines, quorum fidei & agros viſitare, & vineas, concreditum erat. Majus enim plerumque pondus habere ſolent a Magiſtratu latæ leges, ſi diligens ad proclamationem acceſſerit cura, & inquiſitio, quomodò audiens hactenus dicto fuerit populus, ut, nî legibus paruerit, coërceri tandem queat, idque ipſum voluiſſe ſibi *Maimonidem* arbitror, dum ait: יוצאים הממונים ומבקרין השדות הזרועות | והכרמים ולא היו סומכין על ההכרזה בלבד *Præpoſiti* (à Synedrio) *egrediebantur, ut conſitos agros, vineasq; viſitarent, cùm ſolâ niti proclamatione noluerint.* En ergo propriam Senatus virtutem,

τὴν φρόνησιν, & benevolentiam, quâ ſubditi tanquam hamô capiuntur piſces! Ita enim ſedulò Synedrium Populi habebat curam, ne eſſet facilè quod animadverteret, ſed facilitate ſuâ devinciret ſibi populum tum ad obedientiam & cultum, tum verò etiam ad amorem.

Ad cibum pecorum projectas fuiſſe.] Domino agri relinquebant herbas, ut pecoribus ad paſtum eas aſſervaret, id quod è *Moëd. Katon p. 6.* facilè eſt intellectu. Ita enim ibidem: בראשונה היו עוקרין ומשליכין לפני בהמתן והיו בעלי בתים שמחין שתי שמחות אחת שמנכשין להן שרותיהן ואחת שמשליכין לפני בהמתן: *Evellebant primò* (Miniſtri à Synedrio miſſi) *heterogenea, & in pecorum uſum ea projiciebant* (agri poſſeſſori) *qui adeò duplici gaudiô affectus fuerat, tum quòd agrum ejus expurgaverint, tum verò, quod pecoribus ea ſuis in pabulum reliquerint.* Cùm autem parvi benevolentiam ſuam fieri Senatus videret, per lenitatem ſuam populô remiſſiore factô, id conſilii cepit, ut in poſterum evulſæ à miniſtris herbæ in vias projicerentur, è quibus, per inambulantium obtritum deperditis, ne quicquam amplius commodi perciperet poſſeſſor agri. Quoniam autem malo huic nec ita mederi poterat, malo tandem nodo malum quærebat cuneum, agrumque, in quo heterogenea reperta fuerant, omnium patere volebat uſui, quò fieret, ut pœnam ſubditi, ſuô jam edocti malô, in poſterum effugerent, animôque magis ſtrenuô, vigilanti, atque arrectô eſſent. Nec verò arbitrari te velim, להפקיר ממונם, prout quidam Miſchnæ noſtræ verba exponunt, idem eſſe, ac ſingulis eum opibus exuere, quibus publicatis pœnam Magiſtratui dederint, qui dicto audientes non fuiſſent: ſed per ממונם res agrarias intelligi hîc certum eſt, in quibus, è ſupina negligentia, excreſcere heterogenea paſſi ſunt. Nimis enim durum eſſet ejus rei tantas pœnas luere, omnibus bonis proſcriptis, cùm magis offendat nimium, quàm parum.

ג

בחמישה עשר בו שולחנות היו יושבין במדינה בעשרים וחמישה ישבו במקדש משישבו במקדש התחילו למשכן את מי ממשכנין לוים ישראלים

III.

Decimô quintô ejusdem Nummularii in Medina ſedent; vigeſimô quintô in Mikdaſch, à quo tempore oppignerare incipiunt. Ecquem verò? Levitas, Iraëlitas, proſelytos

גרים ועבדים משוחררים
אבל לא נשים ועבדים ו
וקטנים כל קטון שהתחיל
אביו לשקול על ידו שוב א׳.
אינו פוסק אין ממשכנין את
הכהנים מפני דרכי שלום:

tos, & ſervos dimiſſos; non autem mulieres, infantes, & ſervos. Si forſan acciderit, ut Pater filioli locô, minorennis adhuc, ſiclum obtulerit, ſemel cœptis deſiſtere ei non licet. Sacerdotes pacis gratiâ non oppignerantur.

ANNOTATA.

Nummularii.] Mallem ego cum Maimonide, & Baal τοῦ Smag, legere שולחנים, ut regulis grammaticis meliùs ſua conſtaret ratio. Erant verò שולחנים illi, quos germanicè die Wechsler dicimus, Syrus ܡܚܠܦܢܐ, qui aliàs in Miſchna חלפני vocantur, propriô ſatis vocabulô, quia *Raſchii Maſs. Megill. p. 29, 2.* teſtimoniô מחליפין שקלי כסף בפרוטות *commutabant ſiclos argenteos in minutiorem monetam*, aut contra; juxta *Aruch* שולחני ideò dicuntur, quia שולחן לפניו תמיד ומוכר וקונה על השולחן *perpetuò menſula ante eos poſita erat, ſuper quam emebant & vendebant.* Vid. & *Maimon. cap. 4. Maaſ. Schne.* Hinc δοῦναι ἐπὶ τράπεζαν, Luc. XIX, 23. quæ verba egregiè *Tremellius* ad marginem Interpretat. Syriacæ N. T. hebraicè ita exponit: מדוע לא נתת אותו לשולחני *Cur non dediſti argentum Menſulario?* A menſulis igitur Menſularii nomen trahebant, quibus frequenter utebantur, & quas in Templo D. Jeſus evertiſſe dicitur, *Matth. XXI, 12.* quod ipſum certè intra hoc tempus factum eſt omni procul dubio, à quo in Sanctuario ſedere occœperant ad Siclorum penſitationem excipiendam, circa Paſcha nempe, ut *D. Johannes Cap. II.* annotavit, quô tempus ſolutionis didrachmorum ſolenne erat, intra vigeſimum quintum diem menſis Adar, & principium τοῦ Niſan, ſi Miſchnam ſequi lubet. Quinam verò Menſulariorum munus obierint, è Rabbinorum quidem ſcriptis exploratum mihi hactenus non eſt. Olim quidem Sacerdotes, per collectam, ſemiſiclum à populo, & per multos etiam annos, accepiſſe, certum eſt è II. Reg. XII. donec, in ſuſpicionem fide eorum tractâ, arcam quandam Rex Joas, in quam ipſe populus pecuniam deferret, erexiſſet; quibusnam autem poſteà, tempore Chriſti, hæc cura demandata fuerit, certô teſtimoniô perſpectum mihi non eſt. Interim tamen

men non displicet *Franc. Lucæ Brugensis* ſententia, dum in Matth. Cap. XXI. inquit: *Nummularii porrò hujusmodi, ac Mercatores, ſi non erant Sacerdotes ipſi, aut Sacerdotum famuli, certum eſt alios non fuiſſe, quàm quos Sacerdotes admiſiſſent; nec alios admiſſos, quàm qui Sacerdotibus certum penderent tributum pro conceſſo loco tam fructuoſo, ad quæſtumq; accommodo &c.* Cur autem, à decimo quinto menſis Adar, extra Hieroſolymas, Nummularii menſulas ſuas erigere conſueverint, factum ideò eſt, ut quilibet, permutatione alterius monetæ, ſemiſiclum nanciſceretur, ne ulla in cenſus penſione mora eſſet, aut difficultas. Non licebat enim annuum tributum illud aliâ re exſolvere, niſi ſemiſiclô ipsô, quem, cùm omnium in manibus repertus non fuerit, à Nummulariis priùs commutare cogebantur. Attuliſſe enim quemlibet hominum, *Bartenora* ait, *monetam ſuæ regionis, non ſatis benè ſibi conſcium, quot nummi dimidium ſiclum facerent.* Quòd autem Rabbini præterea ajunt, ſemiſiclum fuiſſe מכסף נקי מטבע מצויר, *è puro argento monetam ſignatam*, jam antea dixeram, mihi non videri, ante captivitatem Babylonicam, ullum nummum ſignatum iis in uſu fuiſſe.

Antequam autem in explicandis Miſchnæ noſtræ verbis ulteriùs progrediar, id obiter addendum eſſe duxi, ſi Nummulariorum quidam ad uxorem animum adjeciſſet, eamque certâ pecuniæ ſummâ, quam in menſula oſtenderat, in partes ſuas allexiſſet, ſi, quos oſtenderat, nummi mutuò, vel aliunde ſuſcepti non fuerant, firmas fuiſſe nuptias; ſin id minùs, incertas. Vid. *Kidduſchin p. 60. 1.* Fortunæ igitur errorem, hac ex parte, contractum hunc diſſolvere potuiſſe manifeſtum eſt, ſecus ac in Jure noſtro, quô ſpe divitiarum allectis, & per impias fraudes circumductis, effugere nuptias non licet. Nolebant enim Judæi, cùm dolô malô facta hæc ſint ſingula, tam apertè hominum quemvis deludi aliorum argentô, in quod nullum ei jus erat.

Medina.] Diſcrimen illud inter Medina, & Mikdaſch *Maimon* ita exponit; מדינה שם לכל עָרי ישראל מלבד ירושלים *Nomen Medina dicitur de omnibus urbibus Iſraëlis, exceptis tantùm Hieroſolymis*, quæ totæ κατ' ἐξοχὴν *Mikdaſch* vocantur, quâ ipſam differentiâ *in Maſſ. Succa p. 44. 1.* per גבולין exprimunt, *Aruch* annotante: כל ארץ ישראל נקרא גבולין לבר מירושלים *Tota terra Iſraëlitica dicitur Gebulin, exceptis tantùm Hieroſolymis.* Vid. tamen & Bartenoram. Nec enim concors ea de re Rabbinorum eſt ſententia: arbitrantur quippe alii, nomine Medinæ omne id venire, quod extra Sanctuarium erat, ſive cætera Hieroſolymarum loca ea fuerint, ſive provinciæ urbesque reliquæ extra Hieroſolymas, quam opinionem *Raſchi Cap. IV. Roſch haſchana*

 cum

cum Bartenora tenet. Cùm enim ibidem dictū esset, tubam in Sanctuario quidem inflari, non autem in Medina, si novus annus in Sabbatū incidisset, hæc addit Raschi: אבל לא במרינה לא בירושלים ולא בגבולין *In Medina tubam non inflatam esse, i. e. nec Hierosolymis, nec in Gebulin.* Vid. Tosephot Jom Tof.

Vigesimô quintô in Mikdasch.] A vigesimo quinto Adar in Sanctuario consederant, necessitate jam maximâ flagitante, ut intra paucos, qui supererant, dies, siclum curarent, nisi oppignerari se vellent. Ideò enim, se jam convenisse, tum, ut moram nectenres ad officium cogerent, tum verò pecuniæ certam, in conclavi collectæ, summam brevi tollerent. De loco autem ipso, in quo Nummulariorum sedes fuisse videatur, paucis dispiciendum erit. Lubens verò doctissimis Viris adstipularer, quorum plurimi, in Atrio gentium, sedem suam eos fixisse, unanimi consensu opinantur, nisi unius *Josephi* autoritas diversum me traheret, qui *Lib. V. Cap. XIV.* (aliis Lib. VI. Cap. XIV.) *de Bello*, cùm de Atrio mulierum loqueretur, αἱ δὲ στοαὶ, inquit, μεταξὺ τῶν πυλῶν, ἀπὸ τοῦ τείχους ἔνδον ἐστραμμέναι πρὸ τῶν γαζοφυλακίων, σφόδρα μὲν καλοῖς καὶ μεγάλοις ἀνείχοντο κίοσι: *Porticus* (procurrentes) *inter portas, à muro interiùs* (protensæ) *ante Gazophylacia pulchris & grandibus sustentabantur columnis.* Quæ ipsa verba sic Latinè versa à celeberrimo *Lightfooto* eundem moverunt, ut arculas tredecim, (quas in Sanctuario dispositas ante se Nummularii perpetuò habebant,) in Atrio mulierum, absque omni hæsitatione, statuerit. Quamvis enim non ignorem, ex ipsis etiam Judæis, *Abrahamum Harophe in Schilte haggibbórim*, Nummularios in Atrio gentium conclave quoddam habuisse, ac procul dubio ibi etiam, vel in conclavi proximo consedisse, arbitratum esse; non injuriâ tamen, sequioris ævi Judæis, Josephum anteponi credo, quem principem, ut plurimùm, Antiquitatis Judaicæ testem Viri eruditi habent. Eam autem *R. Abrahami Medici* mentē fuisse, ut crediderit Nummularios in Atrio gentium consedisse, ex ipso loquente intelligemus, cujus verba Cap. XXV. hæc sunt. אך הבתים והלשכות הראויות להמצא בהר הבירת הן אשר אכתוב עתה · ואני מצד סכלותי לא ידעתי היכן היו בפרטורת בארבע׳ רוחות שבהר הבית · הראשונה היא לשכת השולחנים שהיו עומדים במקדש בכ״ה באדר והיו ממשכנין לוים ישראלי׳ גרים ועבדים משוחררי׳ שלא הביאו שקליהם בזמן הראוי ולא היו ממשכנין הכהנים משום דרכי שלום. *Conclavia autem, & cellulæ, quæ in Atrio gentium fuerint opus est, hæc sunt, de quibus jam scribam, quamvis pro tenuitate ingenii mei ignorem, quam*

plagam

plagam Atrii gentium quodlibet eorum in ſpecie reſpexerit. Primum autem conclave eſt Nummulariorum, qui XXV. Adar in Sanctuario menſulas erexerunt, & Levitas, Iſraëlitas, Proſelytos, ac ſervos dimiſſos oppignerarunt, qui ſtatutô tempore ſiclum ſuum non offerebant, exceptis tantùm Sacerdotibus, qui pacis gratiâ non oppignerati ſunt. Plura paulò poſt dicentur.

Oppignerant] Audiamus hac de re *Maimonidem in Jad Chasaka cap. 2. Hilch. Schekalim*: בחמישה עשר בו ישבו שולחנים בכל מדינה ומדינה ותובעין בנחת כל מי שיתן להם מקבלים ממנו ומי שלא נתן אין כופין אותו ליתן . בחמישה ועשרים בו ישבו במקדש לגבות ומכאן ואילך כופין את מי שלא נתן עד שיתן וכל מי שלא יתן ממשכנין אותו ולוקחין עבוטו בעל כרחו ואפילו כסותו ׃ Quæ ſic reddo: *Decimô quintô Adar ubiq; ſederunt Nummularii extra Hieroſolymas, & placidè à quovis hominum ſemiſiclum expetierunt, quem etiam, ſi qui dederunt, acceperunt, nec tamen vi eum adegerunt, qui tum temporis nondum obtulerat: A vigeſimô quintô autem ejusdem, cùm in Sanctuario ſediſſent, tamdiu eum urgebant, donec tradidiſſet, & ſi longas moras nexiſſet, nec dediſſet, oppignerabant eum, in pignus velveſte retentâ.* Pignorum enim hæc eſt ratio, ut, in ſecuritatem debiti, res quædam Creditori tradatur, quò, deſideriô rei ſuæ recuperandæ, debitor urgeatur ad exſolvendum, quod debet. Ita enim multorum hominum ſunt ingenia, ut, non niſi malô coacti, officium ſuum faciant, &, dum leni nos animô vident, patientiam plerumque noſtram eludant. Non fas autem erat, vel ullum oppignerare, niſi conſenſu Synedrii, æquè ac nobis id moris eſt, quibus in debitoris bona nullum jus competit, niſi à Magiſtratu impetratâ veniâ, cujus autoritate facultates vel exportantur, vel arreſtô concluduntur, è quibus mutuò data res noſtra nobis redeat.

Cæterùm vel levi digitô tetigiſſe hic ſufficiat, doctiſſimum quendam Virum, cùm ſupra allegata *Maimonidis* verba, alicubi transferret, vocem בנחת, per *caniſtrum*, ſeu *vaſculum*, interpretandô, minùs feliciter, ùt videtur, Rabbini mentem aſſecutum eſſe. Impetrare enim à me non poſſum, ut credam *Nummularios cum vaſculo à quovis flagitaſſe ſiclum*, ut hodiè forſan aſſolent, qui, ad colligendam ſtipem, ſingulas domus circumambulant, & pyxide quadam, quod datur, excipiunt: ſed eos potiùs, ad exemplum publici Ærarii, quemvis ſponte ſuâ, & religione operis, motum expectaſſe, ut annuum, quod debebat, tributum exſolveret, vero longè ſimilius eſt. Nec enim ſolent hodiè Ærarii publici præfecti, indictâ tributi penſitatione, cum

vaſculo ſingulas circumire ædes : ſed præſtolantur quemvis, donec ἀυτεπάγγελτος ſuô ſeſe liberet debitô. Etſi enim olim Rex Joas hanc legem Sacerdotibus tulerit, ut *unà cum Levitis totam terram peragrarent, & ab univerſo populo, cum aliis pecuniis, dimidium quoq; ſiclum expoſcerent, nec exſpectarent, donec populus pecuniam eam in domum Dei ferret: ſed ut ipſimet omnes tribus permearent, & eam colligerent, doctiſſimo de Dieu ad II. Reg. XII.* annotante; Idipſum tamen inſtitutum reſciſſum dein erat, quæ conſuetudo ad poſteros Judæorum etiam deſcendiſſe videtur. Nec parùm in rem noſtram faciunt verba τȣ̃ Baal *Smag*, qui, modum colligendi, à Nummulariis, ſiclos deſcribens, ſententiæ noſtræ favet, dum ait: כיצד כונסים השולחנים את השקלים בכל מדינה ומדינה מניחין לפניהם בי׳ תיבות שולי התיבה רחבים למטה ופיה צר מלמעלה כמין שופר כדי שישליכו לתוכו ולא יהיה איפשר ליקח מהם בנחת : *Quomodò colligunt Menſularii ſiclos? In quavis urbe extra Hieroſolymas disponunt ante ſe duas arcas, quarum fundum à parte inferiori latum eſt, arctiori ſuprà orificiô, ad formam tubæ, ut ſiclos iis immittant, nec facilè iterum extrahi poſſint.* Nummularios igitur acceſſiſſe videntur, qui ſiclum ſuum exſolvebant. Et quamvis è ſeqq. Nobiliſſimi Viri verbis abunde appareat, in hac eum ſententia non fuiſſe, ac ſi ſingulas ædes Nummularii circumiviſſent, in hoc tamen parùm cum *Maimonide* congruit, quòd *vasculô* quôdam ſeu *caniſtrô* exactum ſiclum, è Rabbini verbis collegit, ſignificatione vocabulo בנחת datâ, quam nec ullum *Lexicon* agnoſcit, & quod ſemel tantùm, quantum novi, in Bibliis Eccles. IX. 17. lectum LXX. μεθ' ἡσυχίας reddidere, i. e. *placidè, humaniter, comiter.* Nec malè cœterum Miſchnæ noſtræ mentem expreſſit Vir doctiſſimus *Chriſtianus Hartſoecker* in Annot. Belgicis ad Matth. XXI. *Wy hebben boven geſeit, dat de Joden jäerliks gewoon vvaren tot het gebruik des Templs eenen halven ſekel te betalen, 't gene vrivvillig geſchiede van den erſten dag des Maents Adar tot den 25. toe; maer daer na vviertſe hunmet gevvelt afgenomen &c.*

In extorquendis autem ipſis pignoribus, Nummularii non adeò exactè jus, & poteſtatem ſuam ſervaſſe videntur. Quid enim Arculis illis duabus opus fuiſſet, quarum uni verba hæc תקלין חדתין : *Sicli anni præſentis*; alteri תקלין עתיקין : *Sicli anni præteriti*, inſcripta erant, ſi jure ſuô ſemper egiſſent? Et cùm manifeſtum ſit, Arculam, cui verba hæc: Sicli Anni Præteriti, adpingebantur, in eorum gratiam appoſitam fuiſſe, qui, præcedente annô non exſolverant, dubiô omni caret, de jure ſuo Nummularios quandoque ceſſiſſe, cùm ſummum jus, ſumma ſæpe injuria eſſe soleat.

Ecquem verò ?] Oppignerationis pœnæ quilibet ſubjiciebatur, qui, ad vigeſimum annum dum excrevit, ſiclum perſolvere debebat, pauper nempe cum divite, qui ambo pari in hoc caſu ambulabant paſſu. Tenebatur nimirum quilibet Iſraëlita, juſſu divinò, quotannis ſemiſiclum offerre; quinimò pauper, qui è publico ſuſtentabatur, etiamſi ab aliis tantum argenti emendicarit, vel ipſam veſtem, quam egeſtas corporis ſibi depoſcit, vendiderit. Hinc *Machſor* קצובה היא זאת לשועים וקלים ׳קצינים ורשים יחד בה שקולים קצין לבל יעיז מול מקהלים קרא לומר הוני פראני מעיקולים: *determinatum hoc quantum* (ſemiſicli) inquit, *& diviti & pauperi, quô ſimul æquali cenſu cenſentur & principes, & infima plebs, ne impudenter criſtas erigat dives contra Eccleſiam, exclamandô, & dicendô: Opes meæ redemerunt me à peccatis meis!* Potiori autem jure oppignerationis pœna divites manebat quàm egenos. Quem enim in magnis opibus voluntas benè faciendi deficit, hôc improbior habendus eſt, quò plus ceſſat, occaſione ſibi oblata, bonum aliquod perficere.

Levitas] Notetur hîc Canon ille è Maſſ. Cholin p. 24.1. abunde cognitus: כשר בכהנים פסול בלוים כשר בלוים פסול בכהנים *Aliquid quod in Sacerdotibus licitum eſt, illicitum eſt in Levitis, & aliquid in Leviticis licitum, illicitum eſt in Sacerdotibus.* Etſi igitur, ut paulò poſt dicetur, ab oppigneratione exemti fuerint Sacerdotes, eodem tamen jure non gaudebant Levitæ, dignitate multò inferiores.

Servos dimiſſos] Cur ſervi dimiſſi æquè ac alii, qui tempus in exſolvendo ſiclo ducebant, oppignerati fuerint, ratio hæc dari poteſt, quòd ſui jam ſint juris, nec ampliùs ſub herili poteſtate vivant: ſed iisdem in domo ſuâ fruantur immunitatibus, ac herus, cui olim erant à ſervitio.

Non autem Mulieres] Fœminini ſexus magna ubiq; habebatur ratio, ob communem omnibus imbecillitatem, ut ſiclum ab iis extorquere non pium ſatis crediderint, vel imprimis ideò, quòd Divina Lex ad ſiclorum penſitationem eas non obſtrinxerit, *Ralbag in Pentat.* annotante: ואולם הנשים פטורות שנאמר בבני ישראל ולא בנות ישראל *Mulieres ab offerendo ſiclo liberæ ſunt forſan ideò, quia ſcriptum eſt: Cum levabis caput filiorum Iſrael, & non filiarum.*

Infantes] Ipſa enim lex Divina parvulos ab hoc onere ferendo eximit, tempusque iis dicit annum vigeſimum, à quo legibus teneantur,

antur ſiclum offerre, & nî ſolito comparuerint, oppignerari queant, Rabbinorum legibus id ita poſtulantibus; tum enim, inquit *Raschi in Exod. XXI,* ממשכנין את הלוה כשמגיע הזמן ואינו פורע *oppignerari poteſt debitor, ſi elapſô jam tempore non ſolvit debitum.* Gemara noſtra Minorennem tamdiu ab oppigneratione liberum pronunciat, donec כשהביא ב׳ שערות *duos capillos produxerit*, i. e. pubeſcere occœperit, quamvis potior mihi ſit *Bartenoræ* ſententia, qui ante vigeſimum annum, neminem, etiamſi vel maximè primæ lanuginis anni advenerint', ad offerendos ſiclos legibus teneri ait. Benè enim notulæ ad *Machſor*, tum demum inquiunt, *juvenem præmii, vel pœnæ, capacem eſſe, ſi viginti annos habeat* מבן ד׳ שנה שאז הוא בר עונשין.

Et ſervos] Duplex apud Ebræos erat ſervus, alter עבד עברי, qui vel à Synedrio ob furtum commiſſum in ſervitutem redactus eſt, vel ſeipſum ex inopia vendidit; alter verò עבד כנעני, qui in Ebræorum jura tranſierat, ſeu in eorum fœdus recipi ultro deſiderabat, de quorum legibus videatur prolixè *Maimon in Hilch. Abatim* ab initio, & ſeqq. Et quidem *ſervum Ebræum* ab oppigneratione non exemtum fuiſſe arbitror; nec enim in univerſum omnium ſervorum Mischna meminit, quorum conditionis habita fuerit ratio: ſed eorum ſaltem, qui gentilismo renunciaverant. Vbicunque nimirum ſervorum ſimpliciter mentio ocurrit, *ſervos Cananæos* ſemper intelligi, ajunt, qui gentilismô relicto circumciſi ſunt, & baptizati, quod unicô confirmaſſe teſtimoniô ſufficiat. Ita verò *Ez hachajim cap. III. Berachot:* וידוע שכל מקום שנז׳ במשנה עבדים סתם הם עבדים כנענים שמלו וטבלו לשם עבודת שחייבים בקצת מצות כמו הנשים: Hinc & *Ralbag. Parſch.* כי תשא ideò ſervos à penſitatione ſiclorum liberos fuiſſe', inquit, כי אינם מבני ישראל, *quia non ſunt è filiis Iſrael.* An cœterum ſurdo-mutus, mente captus, aut alii id genus hominum, in numero eorum fuerint, qui ſiclum exſolvere debebant, etſi Rabbinos hanc quæſtionem in Tractatu noſtro non tetigiſſe videam, paucis tamen dicendum duxi, mihi non videri. Extra omnem enim controverſiam poſitum eſt, tám arctè leges nunquam conſtringi, quin eædem aliquando relaxentur illorum gratiâ, quos ratione adeò præſtantes non eſſe norunt. Nec malè de iis *Raschi ad Maſſ. Chagig. Cap. I.* annotavit דלאו בני דיעה נינהו פטורין במצות *Quia illi ratione non utuntur, ſeu filii aſſenſus non ſunt, à legibus implendis liberantur.* Facilè autem nobis accedet, ſpero, qui tantis malis afflictos, ex eorum etiam numero exemtos fuiſſe ſciet, qui, expreſſâ Lege Divinâ, ter quot-

annis

annis, ſiſtere ſe coram Deo jubebantur. Illorum itaque ob infirmitatem cùm aliæ leges mitiùs expoſitæ ſint, iisdem eos privilegiis hîc gaviſos eſſe, vero non videtur abſimile. Id ipſum tamen, quod hi facere non poterant, eorum locô alios præſtitiſſe nonnunquam, arbitror, ſponte ſuâ motos, amore tam legum Divinarum, quam commiſeratione illorum hominum, quos in integrum reſtitutos vellent, ut propriâ curâ Divinas leges adimplere poſſent. Frequenter enim alter pro altero ſiclum ſolvebat, libertate hâc cuivis conceſſâ, prout brevî pluribus dicetur.

Si forſan acciderit, ut Pater filioli locô] Si religione quâdam ductus, Pater, propriâ voluntate, filioli ſui locô, ſiclum obtulerat, tamdiu hunc obſervare tenebatur morem, donec robuſtior filius factus, ipſe officii ſui partes adimplere poterat. Ita enim *Maimon ad Miſchnam*: אם אביו נתן בעבורו והוא קטן אומרין לו מאחר שנתת עליו השנה שעברה והעמדת עליו זאת המצוה תן עליו תמיד עד שיגיע ולא תפסוק :, *Si Pater filioli locô minorennis adhuc, ſiclum dedit, dicunt ei Nummularii, quoniam annô præteritô ſiclum ejus locô dediſti, & jam ſemel hoc præceptum ſuper eum conſtituiſti, in poſterum etiam pro illo da, donec ad juſtam ætatem excreverit.* Quòd ſi tamen interea temporis in vivis eſſe deſiiſſet Pater, qui filioli locô ſiclum dare conſueverat, à pio Patris inſtituto non reſilire ampliùs filium potuiſſe, affirmant. *Vid. Maimon. Cap. I. Hilch. Schek.* Ita nempe Rabbini rerum Divinarum quaſi arbitri, quicquid ingenio eorum lubitum eſt, fingunt, & refingunt, prout commodum iis eſſe videtur; eaque propter apertam *Maimonidi* dicam ſcribunt *Toſephot Jom Tof.* quæ ingenuè cauſſam ignorare ſe fatentur, quâ is motus crediderit, hôc Patris inſtitutô, ab eodem nec requiſitô quidem, filium minorennem adeò firmiter obligari potuiſſe, ut integrum huic non ampliùs fuerit cœptam à Parente conſuetudinem deſerere: ובאמת לא ידעתי טעם לסברת הרב דהיאך יוכל להעמיד חובה על הקטן Obligatio enim ex contractu, in quem conſenſit utraque pars, oritur, qui ſi ab alterutra abeſt, inanis & inefficax habetur, quæque exceptione ſubmoveri poteſt JCtorum ſcitô.

Pacis gratiâ] Ergone licuiſſet Nummulariis, Sacerdotes ipſos, ſi voluiſſent jure ſuo uti, oppignerare? Ita quidem videri poſſet, cùm, quæ curâ ſaltem tuendæ mutuæ pacis intermittuntur, ea ipſa ſtricti juris non eſſe putanda ſint. At verò alium præterea ſenſum verba hæc מפני דרכי שלום pati hîc poſſe videntur, ut non tam conſervandæ tranquillitatis gratiâ, quàm publicæ honeſtatis cauſſâ à prehenſione ſacerdotes

dotes im̃unes dicamus, prout Nobiliſſimus *Seldenus de Synedr. Lib. III. Cap. X.* ante nos etiam annotavit. Talmud enim Hieroſol. מפני הכבוד *honoris cauſſâ non oppigneratos eos*, inquit. Æqvum videlicet fuiſſe, major iisdem ut exhiberetur cultus, & ob ſacrificia, quorum curam habebant, & ob ſpem, in exſolvendo ſiclo ſuo eos adeò longam moram non ducturos. Præter opinionem autem ſi diutius juſtô ceſſaverant, admonebantur ſaltem ſæpius, occaſione ocyùs arreptâ operam darent, ne & ulla per eos mora eſſet, & periculoſam imitationem exempli aliis proderent, quam iſtius temporis ratio non ferret. Si tamen crebrò rogati nedum quidem comparuiſſent, non admodùm urgebantur ampliùs, quia, *Bartenorâ* monente, בית דין מתנה עליהם שיהיה להם חלף עבודתם: *Senatus conſultô conſtitutum erat, ut locô munerum ſuorum, quæ obibant, eum ſibi reſervarent*, quemadmodum nempe è ſiclorum, qui in conclavi ſuperſtites erant, congerie, aliis compluribus etiam certum quantum in præmium laborum ſuorum aſſignaverant, qua de re infra.

ד

אר״ יהודה חעיד בן בוכרי ב
ביבנה כל כהן ששוקל אינו
חוטא אמר לו רבן יוחנן בן
זכאי לא כי אלא כל כהן
שאינו שוקל הוטא אלא ש
שהכהנים דורשין מקרא זה
לעצמן כל מנחת כהן כליל
תהיהלא תאכל הואיל ועומ׳
ושתי הלחם ולחם הפנים
שלנו היאך נאכלים :

IV.

Ait R. Jehuda, Filium Bocri in Iafna teſtatum eſſe, nullum Sacerdotem, qui Siclum offert, peccare. Regeſſit autem ei R. Jochanan F. Saccai, non ſic eſſe: ſed omnem Sacerdotem, qui ſiclum nullum offert, peccare. At verò exponunt Sacerdotes pro ſeipſis hunc verſiculum: *Omne munus Sacerdotis holocauſtum erit, non comedetur.* Levit. VI, 23. Quoniam enim, inquiunt, Homer, duo panes, & panis facierum ad nos pertinent, quomodo comedentur?

ANNOTATA.

Ait] Verbum אמר videtur hîc loci ſignificationem objectionis habere. Arbitror enim R. Jehudam, ultimis præcedentis Mischnæ verbis,

verbis, ſententiam Filii Bocri oppoſuiſſe, ac ſi diceret, mirum eſſe, Sacerdotes obligatos eſſe ad ſiclum exſolvendum; non oppignerari autem pacis conſervandæ cauſſâ, cùm tamen F. Bocri affirmet, nullum Sacerdotem, qui ſiclum offert, peccare, è quo ipſo conſtet, Sacerdotes olim ad ſiclorum exſolutionem non obligatos fuiſſe.

Teſtatum eſſe] Significat nonnunquam *Teſtàri* idem ac *affirmare*, vel ſtatuere, quod Latinis etiam familiare eſſe ſolet, annotante *Stephano* in ſuo Lexico. Rabbinis verbum העיד aliquando idem eſt, ac *conſentire cum aliquo*, ut infra cap. IV. ר׳ פפייס חולק עם ר׳ אליעזר והעיד עם ר׳ יהושע: *R. Papius diſſentit à R. Elieſare, & conſentit cum R. Jehoſua.*

F. Bocri] Variè nomen Rabbini hujus ſcribitur. Legunt enim pleraque exemplaria Mischnajot, *Ben Bocri*; alia tamen, *Ben Cobri*, ut *Talmud Hieroſolymitanum*, & *Juchaſin p. 63. 2.* Ita enim ibidem: באות זה יש אחד לכד והוא בן כוברי והוא בפרקא קמא דשקלי׳ בזמן ריבו״ והוא העיד ביבנה בן בוכרי פירוש בערוך שם אדם עושה כברה ובפי׳ התכלת גריס העיד בוכרי בבריתא ואם כן לא יהיה שום חכם בכף מאזנים: *In hac litera*, (nempe Caph) unicum tantùm *occurrit nomen, F. ſcil. Cobri, qui erat* σύγχρονος *R. J. F. S. ut è cap. I. Schekalim notum eſt, & teſtatus eſt in Jafna. Ben Bocri, Aruch exponit, eſſe nomen viri cujusdam, qui cribra conficit. In cap. IV. Menachot legitur ben Bocri, in Baraita, quæ lectio ſi non fallit, nullum Rabbini nomen à Caph incipit.* Quæ hîc ex Aruch adducit Juchaſin, in meo exemplari non reperio ſingula; omiſſa enim ſunt in utraque editione A. 1599. & 1645. verba illa עושה כברה, quæ utraque etiam legit: *Ben Cobri.*

Jafna] Hodiè Ebalin eam dici vult *Benjamin in Itinerario ſuo pag. 51.* quò Synedrium olim Hieroſolymis per captivitatem deductum fuit, teſte *Zemach David* edit. Vorſtianæ p. 89.

Siclum offert] Senſum Lexicographis incognitum, in toto noſtro Tractatu habet verbum שקל. Significat enim, ut *Raſchi ad Menach. p. 21.* exponit, idem ac *ſiclum in ſacri ærarii uſum menſe Adar offerre* שמביא שקלו בלשכה באדר, id quod è contextu facilè manifeſtum eſt.

R. Jochanam F. Saccai] Singulares Viri virtutes, ſummamque ætatem *Juchaſin* deſcribit *p. 21. 22. & 60.* quod vide. Sacerdotem

temeum fuiſſe, *Raſchi cum Juchaſin* arbitratur, quamvis ad eorum ſententiam *Toſephot in Maſſ. Menachot pag. 21.* non accedant. Ex ipſis enim Miſchnæ noſtræ verbis colligunt, ſacerdotiô non functum eum fuiſſe, cùm probabile vix arbitrentur, in exorta controverſia, An Sacerdotes ſiclum dare teneantur? eum reliquæ Sacerdotum turbæ ſe oppoſuiſſe ſolum, nec potiùs Scripturæ verba in ſuam rem, & utilitatem expoſuiſſe.

Peccare.] Opinabatur F. Bocri, legibus quidem non teneri Sacerdotem, ut quotannis, ad aliorum exemplum, ſiclum offerret, eô tamen ipſô, ſi obtulerit, eum non peccare; quæ ſententia Sochæum adverſarium nacta eſt quidem, ut, nonnullorum tamen judiciô, ſententiæ F. Bocri, præ alterâ, acclamatum ſit. Graves autem utraque pars habere ſe credebat rationes, quò minus alteri altera ſubſcriberet. Sochæi enim mens hæc erat: Divinô mandatô omnes in univerſum homines maſculi ſexus, & juſtæ ætatis, ad oblationem ſicli conſtringi, vel eô ſolùm nomine, quòd *I.* ad animarum redemtionem tantum argenti â quovis poſtularit Deus. *II.* verò per voculam זה duodecim tribus, quas inter Levitica, innuantur, aſcendent τῷ זה, ſi numeros ſpectes, ad duodenarium, *Baal hatturim, & Gemarâ annotante*: זה יתנו יב׳ שבטים יתנו זה בגמטריא יב׳, & *III.* tandem verba Exod. XXX, 14. Omnis tranſiens ſuper viſitatos &c. exponi debeant de omni illo, qui mare Soph cum reliquis Israëlitis tranſiit. F. Bocri autem argumenta quæ fuerint, è *Maimonide* adducemus. לפי שתרומת הלשכה יעשו ממנה העומר ושתי הלחם ולחם הפנים והם מנחות ואוכלין שם הכהנים כמו שפירוש הכתוב והש״י אמר וכל מנחת כהן כליל תהיה לא תאכל אילו היו נותנים שקליהם בתרומת הלשכה לא היה מותר להם לאכול שיורי העומר ושתי הלחם ולחם הפנים: *Quoniam è reditu conclavis Homer, duo panes, & panis facierum coëmtus eſt, ea verò Menachot ſunt, & à Sacerdotibus ibi comeduntur, ſicut Scriptura exponit, & Deus ipſe inquit Omne munus Sacerdotis holocauſtum erit, non comedetur, &c. ſi Sacerdotes ſiclum ſuum quotannis darent ad conclavis reditum, non licitum eis eſſet reliquias ex Homer, duobus panibus, & pane facierum comedere.* Hæc ille! Rem autem ipſam ſi putemus, à Sochæo ſtandum eſſe, judicari poſſet. Præterquam enim, quòd Miſchna quoque, ut ſupra viſum eſt, æquum cenſuerat, ut Sacerdotes ſiclum præſtarent, rationes Sochæi, per ſe ſatis firmas, doctiſſimorum Rabbinorum par, *Maimon & Ralbag*, validè corroborat. Ille quidem *Hilch. Schekal. Cap. I.* his verbis: הכל חייבין ליתן מחצית השקל כהנים

כהנים לוים וישראלים. *Omnes tenentur dimidium ſiclum dare, Sacerdotes, Levitæ, & Iſraëlitæ, &c.* Hic verò in Comm. in Pentat. Parſch. כי תשא, dum ait: הכל חייבין במחצית השקל ואפילו כהנים ולוים. *Omnes ad ſiclum ſolvendum obligantur; quinimò Levitæ etiam & Sacerdotes.* Obſtare ſanè videntur verba, *Num. I. verſ. 49.* quibus diſertè, tribus Levi, à numeratione populi eximitur; ab hac autem exemta, à cenſu quoque exemta eſſe cenſenda eſt; &, ſi immunes Levitæ erant, potiori jure eorum onerum expertes Sacerdotes fuiſſe, credendum erit, quò major horum exiſtimatio fuit. Sed nec deeſt, quòd reſponderi poſſit, aliam numerationem hanc fuiſſe ab ea, quæ *Exod. XXX.* memoratur. Eâ enim diſertis verbis requiſiti ſicli erant, tum ad expiationem cujusque è populo, tum ad ſacra miniſteria neceſſarii, &, ut ſic dicam, *numeratio ſacra* appellari poterat: Hæc verò *Num. I. bellica* potiùs, ſeu *caſtrenſis*, vocari poſſet, à quo cenſu militari Levitæ, multoque potiùs Sacerdotes, liberi erant. Unde nec ſicli ulla mentio facta eſt, & quid de illis ſacris perſonis, eô rerum ſtatu, fieri Deus vellet, clarè *Num. I, 49.* indicaverat. Convenit cum hac expoſitione optimè doctiſſimus *Abarbanel in Pentat. p. m. 276. col. 3.* qui vero ſimillimum eſſe, inquit, שבמנין הא׳ נמנה שבט לוי עם שאר השבטים כי עדין לא נבחר שבט לוי ולא יצא מכלל העם אמנם במנין הב׳ נאמר אך את שבט הלוי לא תפקד ואת ראשם לא תשא בתוך בני ישראל. *in numeratione prima, Exod. XXX. cum reliquis tribubus tribum Levi numeratam fuiſſe, quia eô tempore nondum electa erat, aut exemta à reliquo populo. Etenim in ſecunda demum numeratione prohibuit Deus tribum Levi numerare Num. I, 49.* E Chriſtianis autem noſtræ accedit ſententiæ Epiſcopus Iprenſis, *Cornelius Janſenius, in Comment. ad Num. I. verſ. 2.* Inquit enim: *Hæc eſt ſecunda numeratio populi, quæ circiter ſex menſibus ſecuta eſt primam, de qua Exod. XXX. verſ. 13. ſed illa fiebat ad cenſum accipiendum in conſtructionem Tabernaculi: hæc ad diſponenda caſtra; in illa ſolùm numeri eſt habita ratio; hic per domos & familias; imò ſinguli per omnia recenſiti ſunt.* Et viciſſim *ad verſ. 49. Tribum Levi noli numerare. Hâc vice ſcilicet, quæ fiebat ad bellandum, & incipiendo tantùm à vigeſimo anno. Nam quamvis bellum eis etiam liceret, ut patet infra ex bello à Phinees geſto Cap. XXXI. & ex Machabæis, qui erant Levitæ, ad eam tamen militiam eos dedicatos eſſe noluit: ſed ad aliam ſacratiorem, nempe ad cuſtodiendum & curandum tabernaculum. Unde jubentur etiam non caſtra ſua metari cum aliis tribubus: ſed ſeorſim per gyrum tabernaculi, unà ſcilicet cum atrio tanquam cuſtodes ejus.*

Non ſic eſſe.] In hebraicis verbis ſubintelligitur לא חוטא, ut ſenſus ſit, *non ita eſt, quòd non peccet. In Maſſ. Erachin p. 4.* ubi tota controverſia repetitur, locô לא כי legitur לא כן, res non ita eſt, vel, fallitur ben Bocri.

Pro ſeipſis.] Raſchi exponit, להנאתן in ſuum comodum, aut, ut nos vernaculâ linguâ aliquando dicere ſolemus: **Er leget das Ding aus/ wie es in ſeinen Kram dienet.**

ה

אע״פ שאמרו אין ממשכנין נשים ועבדים וקטנים אם שקלו מקבלין מידן הנכרי והכותי ששקלו אין מקבלין מהן ואין מקבלין קיני זבין וקיני זבות יולדות וחטאות ואשמות זה הכלל כל שנידר ונידב מקבלין מידן כל שאין נידר ונידב אין מקבלין מידן שמפורש על ידי עזרה שנאמר לא לכם ולנו לבנות את בית י״י אלהינו:

V.

Etſi dictum ſit, fœminas, ſervos, & infantes non oppignerari, accipiunt tamen ab eis, ſi dant ſiclum. Ab alienigena, & Cuthæo, qui ſiclum dant, non accipitur, ſicut nec turtures fluxu laborantium virorum, aut fœminarum, & puerperarum, aut oblatio pro reatu, aut ſacrificium pro delicto, ab iis accipitur. Hæc eſt regula generalis: Omne quod eſt oblatio votiva, & voluntaria, accipitur ab eis; quod autem oblatio votiva & voluntaria non eſt, non accipitur ab eis; idque jam ab Esdra expoſitum eſt, ſicut dicitur: Non veſtrâ, ſed noſtrâ, intereſt ædificare domum Dei.

ANNOTATA.

Accipiunt tamen ab eis.] Neſcio certè, an laudari hoc debeat in Judæis, quòd ſiclum à fœminis, & parvulis, acceperint, ſi ſponte etiam ſuâ eundem exſolvere Nummulariis volebant. Nec enim lex Divina in eorum, qui cenſeri debebant, numerum, vel fœminas, vel parvulos retulit, nec etiam ἐθελοθρησκεία hæc grata Deo fuiſſe videtur.

Ab

Ab Alienigena.] Plurimis inter Judæos Alienigenæ dicuntur illi, qui ab alia gente præterquam Ebraica, orti sunt, quicunque etiam ii fuerint, sive Gentiles, sive Christiani. Reperiuntur tamen ex eorum quoque grege aliqui, qui per Alienigenas nos quidem Christianos non intelligunt. Locus eam in rem egregius apud celeberrimũ *Abarbanelem* habetur, qui *in Comment. suo ad verba Deuteron. XXIII, 21.* quibus extraneo fœnerari permittitur, candidè rem ita exponit: אין הנכרי נקרא כל איש אשר לא מזרע היהודים הוא · ואמנם לזרע ארום לא יאמר נכרי כי הוא נקרא אח־שנא' לא תתעב ארומי כי הוא אחיך ונכלל בלא תשיך לאחיך וכן ישמעל ושאר האומות לא נקראו בשם נכרי: *Alienigena non vocatur quilibet, qui è Judæorum semine non pronatus est. Etenim quis Edomæos* (sunt autem ii *Abarbaneli*, ut cum aliis Viris doctissimis celeberrimus *Buxtorfius* Mantissæ loco *ad Cosri p. 389.* ostendit, Christiani) *Alienigenas dixerit? cùm iidem Fratres vocentur, sicut dicitur: Non abominaberis Edomæum, quia frater tuus est &c. & unà in hoc præcepto contineantur, Fratri tuo non fœneraberis. Similiter Turcæ etiam, ac reliquæ gentes, non vocantur nomine alienigenarum.* Seriò autem hæc Abarbanelem loqui facilè credet, qui liberrimi aliàs hominem oris norit, quando cum Christianis res ei esse solet. Si autem, quinam ergo Alienigenæ ei dicantur, quæris, responsio in promtu erit, quam idem *Abarbanel* annectit. *Alienigenas* enim, *vocari, inquit, illos* שהוא מז' אומות, *qui è septem Populis erant*, quos Deus exscindere jubebat. Idemque ex *Abarbanele* quodam audivisse Thomas ille dicitur, cui cum Rege Hispaniarum, Alphonso, de variis rebus disputatio intercessit, ut *Schevet Jehuda p. 8.* attestatur his verbis: ויכוח היה לי בזה עם שר אחד מבני אברבאניל בא משביליא ארץ מולדתו ואמר כי המכיר בלשון עברי לא יקשה לזה כי הבדל יש ללשון נכרי או לשון נוצרי או גוי כי הנכרי הוא שהתנכר ליוצרו ואינו מאמין כעיקרי הדת אבל הנוצרי כיון שמאמין בחדוש העולם והפלאות וההשגחה לא יקרא נכרי: quæ latinè translata vide apud doctiss. *Gentium in Histor. Jud. p. 28.*

In editione Mischnajot Amstel. loco נכרי legitur עכו״ם, datâ sine dubio operâ & consiliô, ut hoc meliùs offensam in nos voluntatem suam tegant Apellæ. Fucum quippe faciunt imprudentioribus asserendo, id quidem nomen in nos Christianos neutiquam quadrare posse, quos idololatriæ non incusari à se inquiunt. Et in eo quidem demonstrando multùm sudat *Salman Zevi* in Jüdischen Thiriak / ut invidiam hanc

hanc declinet, odiumque, quod ejus rei causâ à multis Christianorum pati coguntur, leniat. Verba ejus germanico-ebræa hîc adscribam, cùm ipse liber adeò frequens non reperiatur, ut ab omnibus legi queat. Audiamus igitur hominem *pag. 14. 15.* ita loquentem: מומר schreibt weiter / wir speyen die Creutz an / und heissen es ע״ז, das kan doch nicht wahr seyn. Wissen doch alle Juden / daß die Christen das Creutz vor kein Gott halten / und ihm nit dienen. Allein halten sie es vor ein Gedächtnuß. Schreiben doch alle unsere פוסקים: גוים בזמן הזה לאו עובדי ע״ז נינהו, die Christen seyn keine abgöttische Leut. Aus dem Talmud will ich dir mit י״א עדים beweisen/daß die Christen kein abgöttische Leut seyn/und daß wir sie nit dafür halten. Und wo in Talmud stehet גוים, vermeint er nit Christen/sondern die abgöttische Völker; dañ der Talmud ist zu Babel Zeiten Keiser Constantini מחובר worden/damahl ist אמונת נוצרי״ noch nit im Gang gewesen. Siehe Talmud *in Maß.* ע״ז *fol. 1.* stehet: לפני אידיהן של גוים ג׳ ימים אסור לשאת וליתן עמהם וכו׳, das ist;

I. Vor der גוים Feyertägen/drey Tag darf mann nichts mit ihnen handeln / kein Sach oder Gelt ihnen leyhen / oder von ihnen nehmen. Aber mit den Christen handeln wir vor und nach den Feyren / auch wann ers begehrt / an Feyrtag selber.

II. Mann darf ihnen kein Grosse בהמה zu kaufen geben. Den Christen geben wir allerley בהמות, wann sie nur kaufen wollen.

III. Mañ darf den גוים kein כלי זיין oder Waffen zu kaufen geben/dann sie morden darmit/so bist du daran schuldig: Den Christen geben wir allerley Gewehr zu kaufen; Sie straffen die Mörder auch mit dem Rad/und halten gute Justitia.

IV. Mann darf in der גוים Herberg kein Viehe einstellen/ zu herbergen/dann sie gehen das Viehe an mit זנות. Den Christen stellen wir allerley Viehe in die Herberg/sorgen das nit / sie verbrennen auch solchen נואף oder רובע כדין התורה.

V. Es soll keiner keinem גוי״ vertrauen / und allein mit ihm über Feld gehen; Wann wir Juden wollen sicher wandern / nehmen wir einen Christen zum Gleitsmann.

VI. Mann soll der גוים רופאים nit brauchen / sie geben den Juden gifft. So ist doch ידוע, daß wir der Christen Artzt alle Tag brauchen/und sorgen das nit.

VII. Es soll sich keiner von den גוים barbiern und schehren lassen/dann sie seyn Mörder/möchten dir die Gurgel mit dem Schehrmesser abschneiden. So haben wir doch kein andere Barbierer/als Christen/an allen Orten in Teutsch- und Welschland/wo ich gewesen bin/auch in Pohlen/und sorge kein Gurgel abschneidens.

VIII. Mit der גוים Wein dürfen wir nit handeln / oder הנאה davon haben. Juden handeln doch in allen Ländern mit der Christen Wein.

IX. Von der גוים Abgötterey darfst du kein Genuß oder הנאה haben / wann du eines bekommst / must du es zumalen in den Wind streien / oder in das ים werfen. So handeln doch die Juden mit Corallen und andere Paternoster/daran צלם/und das Bild ישוע נוצרי ist/kaufen und verkaufen wieder. Wann mann dann das צלם sollt vor Abgötterey halten / wie מומר schreibt / müst manns doch כנ״ל ermalen/und in das Wasser werfen.

X. Mann darf kein Zoll / oder Einkommen bezahlen / der in den גוים Klöster gehört/dann es kommt ihren Abgöttern zu ehren. Den Christen geben wir Zoll / und Einkommen in Kloster/ und in geistliche Ort.

XI. In Sanhedrin f. 63. Es darf kein Jud Gemeinschafft mit den גוי haben / der גוי mögt ihm laugnen / so verklagst du ihn vor seiner שררה / und wird ihm ein שבועה aufgelegt / so schwehrt er bey seiner ע״ז / so steht in der Tora, ובכל אשר אמרתי אליכם תשמרו ושם אלהים אחרים לא תזכירו ולא שמות כ״ג ישמע על פיד: das ist / und alles was ich euch gesagt hab/solt ihr halten/und deren Abgötter Namen solt ihr nit gedenken/ und sollen durch euch nit gehört werden. Wir haben aber allerley Gemeinschafft mit den Christen / wir nehmen auch die שבועה von ihnen an / dann sie schwehren bey Gott den Allmächtigen / und nit bey ע״ז. הארכתי בספר שעשיתי לנוצרים. Also hab ich dir mit י״א ערים נאמנים bewiesen / daß wir die Christen nit vor abgöttische Leut halten / und wo גוי in dem Talmud stehet / kan er keine Christen damit meinen / sondern עכו״ם, das seyn Heiden. Hactenus *Salman Zevi*, qui ludere potius nobiscum, quàm seria tractare videtur! Etenim omnia illa argumen-

gumenta, quæ è Talmude conquisivit, suâ sponte concidunt, nullô innixa fundamentô. Nec enim sequitur, Christianos ideò *idololatras* ab iis non haberi, quia vel arma iis vendunt, vel apud eos divertunt, vel Medicum Christianum ad sanandos ægrotos eorum accersunt, cùm hodiè quidem multa concedant, quæ, nisi metus & egestas eos cogeret, nunquam aliàs facturi essent. Necessitas quippe, ultimum & maximum telum, præscriptas etiam leges violare solet. Quid quod nec ipsi Gentiles, qui in abditis Barbariæ locis degunt, hôc modô *Idololatræ* Judæis essent, quos tamen ipse *Zevi* ע״כום appellat. Quin enim & arma, iis, cum aliis mercibus divendant, quod Africanæ historiæ testantur, & eorum Medicis necessitate cogente utantur, nullus dubito. Locus autem *è Mass. Avoda Sara Cap. I.* adductus aliter certè à Rabbinis exponitur, quam *Salomoni Zevi* placet. Ipse enim *Maimon* ibidem, in universum omnes Christianos, *Idololatras* vocat, eorumque Templa בתי ע״ז appellat, ac commercium cum iis, in festis eorum, Judæis interdicit. En enim verba ejus *ad Mischnam III.* דע שזאת האומה הנוצרים הטועים אחר ישו אפילו שדתותיהם משונות כולם עובדי ע״ז ואידיהן כולם אסורים: *Scito gentem hanc Christianam, quæ per errorem Jesum sequitur, etiamsi fides eorum diversa sit, omnes tamen* Idololatras *esse, eorumq; festa omnia prohibita.* Et paulò post: אסור לשאת ולתת עם מי שמאמין בישו באחד בשבת כלל בשום דבר. *Prohibitum est, ulla de re, in die Solis, negotiari cum eo, qui in Jesum credit.* Et *ad Mischnam IV.* לפיכך יודע לך שכל עיר של אומה נוצרית שיהיה להם בית בית תפילה שהוא בית ע״ז בלא ספק אותה העיר אסור לעבור בה בכוונה וכל שכן לדור בה. *Ideò scito tibi, non licere ullam urbem Christianorum, in qua est domus orationis, quæ sine dubio domus idolorum est, ex proposito, vel præterire, vel ingredi, ne dicam habitare in ea.* Nec sanè dubito, plura hujus farinæ apud *Maimonidem* reperiri posse *in Jad chasaka Hilch.* ע״ז, si cui Codices ejus MS. obtingerent, è quo sine dubio plurima loca in impressis editionibus corrigi possent. Pervenerunt non ita pridem ex eo, in manus meas, eleganti charactere exarati Tractatus quidam, quos inter etiam ille erat, *de cibis vetitis, & vino prohibito*, quamvis lacerus à fronte, quem, ut pervolvi, sæpius ab editionibus impressis differre reperi, ac inter alia idololatriæ crimen omnino nobis impingi vidi. Ita enim legit Codex ille MS. *Cap. XI. §. 7.* כל גוי שאינו עובד ע״ז כגון אילו הישמעלים יינם אסור בשתיה ומותר בהנאה וכן הודו

כל

כל הגאונים אבל הנוצרים עובדי ע״ז הם וסתם יינם אסור בהנאה: *Omnium gentilium, qui non idololatræ sunt, ut Turcarum, vinum prohibitum est ad potum, & licitum ad utilitatem, idq; confitentur omnes Geonim; Christianorum autem, qui* idololatræ *sunt, vinum absolutè prohibitum est ad usum etiam ullum, quisquis is tandem fuerit.* Sed hæc pluribus examinabuntur in Theriaca Judaica, quam brevi typis describemus.

Et Cuthæo.] *Elias Levita* in suo *Tisbi p. 43.* Cuthæum ita nobis describit: רבותינו ז״ל קראו לשומרונים כותיים לפי שבאים מכותה שנאמ׳ ויבא מלך אשור מבבל ומכותה ומעוה ומחמת וספרואים ויושב בערי שומכון וגו׳ ונקראו כותיים יותר משאר שמות האומות הנזכרים בפסוק אולי שהם היו הרבים לכך נקראו כולם כותיים והיחיד מהם נקרא כותי כמו שאמרו אין עונין אמן אחר כותי המברך וכן אמרו למה היה דוד המלך דומה לכותי המחזיר על הפתחים לפי שהם מערימים בדבר יותר מכל אדם וכו׳ כמו שפירוש רש״י במזמור י״ט ונראה לי שמהם בא העם ההולך נע וכד בארצות ומחזרים על הפתחים הנקראים בלעז צינגני ובלשון אשכנז ציגיינר. Versione latinâ destituti, nostris verbis rem exponemus. *Rabbini nostri b. m. vocant Samaritanos, Cuthæos, quia veniunt à Cutha, sicut dicitur: Et adduxit Assur è Babel, & è Cutha, & è Havna, & è Chamat, & Sepharvaim, & habitare fecit in urbibus Samariæ, &c. Vocantur autem potiùs Cuthæi, quàm aliô gentilium nomine, quorum in hoc versu fit mentio, fortassis ideò, qui magnus eorum erat numerus, & ideò omnes simul Cuthæi vocabantur. Unus autem ex illis vocatur in singulari Cuthæus, quemadmodum Rabbini nostri ajunt: Non respondent Amen post Cuthæum benedicentem; Et porrò: Cui similis erat David Rex? Cuthæo fores oberranti, quia illi astutiores erant in hac re omnibus hominibus, sicut Raschi ad XIX. Psalmum exponit. Mihi autem videtur ab eis descendere gens illa per totum terrarum orbem errans, vagaq;, & circa fores obstrepens, quam Latini, Cingaros; Germani,* Die Zigeuner *appellant.* An rem tetigerit Rabbi noster, jam non dicam; annotasse hîc sufficiat, inveteratô odiô multa, Samaritanis, Judæos impegisse crimina, quorum rei non essent, ut, columbæ, quam in monte repererint, cultum, aliaque doctissimô *L'empereur in Annot. Bertram. de Rep. Jud. p. 433.* jamdudum docente, quorum criminum falsa imputatio, procul dubio, etiam ansam Judæis nostris dedit, cur siclum ab iis accipere noluerint. Etsi enim Cuthæos *Gemara* dicat: כותי כישראל לכל דבר *ad omnem rem aptos esse, ut Israëlitas*, seu, in omnibus rebus eôdem locô haberi, quô Israëlitas, non intelligi tamen

id *Maimon ad Berach. Cap. IIX.* vult, nisi de illo tempore, quô idololatria eorum nondum comperta erat. Discrimen, quod inter Cuthæum, & alienigenam, olim intercesserat, hodiè nullum ampliùs esse *Maimon* ipse fatetur *in not. ad Schek.* ideòq; factum arbitror, ut *Moses Kotzensis* simpliciter Mischnæ nostræ verba ita expresserit: הגוים שנתנו מחצית השקל אין מקבלין מהם. *A gentilibus, si siclum offerunt, non accipiunt.*

Turtures fluxu laborantium Virorum, &c.] Peculiaris, cui pecunia hæc immitteretur, arca quotidiè in Sanctuario collocata erat, ut infra pluribus patebit. De Cuthæis autem tantùm intelligenda esse hæc Mischnæ verba *Maimon* ait; nec enim Ethnicos consuevisse turtures fluxu laborantium offerre. Verba autem *Maimonidis* hæc sunt. ר"ל מיד הכותיים אבל הנכרי איני יודע בזה ואינו טורח בזה לעולם: *Quòd ajunt, non accipi ab eis turtures fluxu laborantium &c. de Cuthæis intelligendum est. Ethnicus enim nihil hac de re novit, nec unquam de ea laborat.*

Aut oblatio pro reatu, aut sacrificium pro delicto ab iis accipitur.] Post verba hæc meritò addenda sunt sequentia: אבל נדרים ונדבות מקבלין מהם : *Oblationes votivas autem, & voluntarias accipiunt ab eis*, quæ in duplici Miichnajot exemplari Amstelodamensi, & tertio Liburni impresso adjecta, in editione Talmudis Amstelod. autem omissa video. An studiò, & datâ operâ: an verò ἀβλεψία vel Typographi, vel Correctoris, non facilè dixero. Id studiosè egisse Judæos, ut Talmudis Amstelodamensis editio (sive hæc ipsa, sive nescio quæ alia, nescio etiam cui Lusitano Judæo, *corrupta* dicta, ad differentiam alterius edit. Amstelod. quam *rectam vocant*) adeò manca, & lacunarum plena prodiret, minimè credo. Eccur enim tanta impendia in imprimendo Talmude corrupto fecissent, cùm perspectum facilè habuerint, invendibilem mercem emtorem non reperturam, fraudemque levi negotiò detectum iri ex aliis Editionibus, inprimis autem *Cracoviensi*, quæ in quibusdam præ reliquis correctior, quas Christianorum manibus teri non ignorabant? Hæc verò ipsa verba, quæ h. l. (ut integrum quandoque comma alibi) desiderantur, tanti momenti non sunt, ut studiò eradere ea voluisse existimari possit, more aliàs suô, quô ad arcendam invidiam, ea, quæ contra Christianos agunt, expungunt. Licet enim in aprico sit, *Judæos ea, quæ ad Christianæ fidei contemtum, & ignominiam vergunt, interdum ob metum ultrò, sæpe à Christianis coactos, in suis libris omittere, & loca vacua relinquere.*

quere: Certum tamen & hoc eſt, *apud Batavos, quia & menti, & linguæ, ſua conceditur libertas, ideò lacunis nullis opus eſſe; hinc adeò, quæ in aliis Talmudis editionibus aut non fuere expreſſa, aut circumſcripta, in Amſtelod. hac poni cæteroquin dilucidè*, prout Vir Nobil. & Conſultiſs. Dn. D. *Wagenſeil*, Fautor noſter honoratiſſimus, in doctiſſimo Tractatu *de Sota, pag.* 311. annotavit, qui, ſi quisquam, in longa peregrinatione, creberrimâque etiamnunc cum Judæis converſatione, Ebraicorum rituum, & librorum, certam cognitionem aſſecutus eſt. Illud autem miraculi inſtar prorsùs habendum eſſet, alterius editionis Amſtelod. *corruptæ*, ne veſtigium quidem inveniri, non dicam apud Bibliopolas Amſtelodamenſes: ſed & in Emporiis Mercatorum, ſi, quod dicitur, integra eorum horrea eâ adimpleta fuerint; ut de Bibliothecis taceam, aut Vaticana, aut Lugdunenſi Bat., aut Anglicis, aut Pariſienſi Regia, aut, quas ego quidem præterea vidi, Germanicis, quarum aliqua ſaltem unam ejusmodi editionem, ſine dubio comparaſſet. Studioſiſſimè etiam apud celeberrimos Viros, Chriſtianos æquè ac Judæos, hinc inde inquirenti mihi ne unus quidem hactenus aut viſus, aut auditus eſt, qui duplicis illius editionis Amſtel. vel per ſomnium meminerit. Facilè autem crediderim quemvis eruditum, ut editionem, ſi qua innotuiſſet, (innotuiſſet autem tot doctis, & de veritate ſolicitis Viris) corruptam, nanciſceretur, omni ſtudiô allaboraturum, quò faciliùs in crimen majoris vocari impoſturæ poſſent Judæi, in quo ipſo voti damnari, levi negotiô, quivis potuiſſet, ac etiamnum poſſet. Reipsâ enim hinc inde penè comperi, quod illuſtris *Joſ. Juſt. Scaliger* in epiſt. quondam ad Stephan. Ubertum ſcripſit: *Tametſi nos inexpiabili odiô proſequuntur, tamen nihil tam carum penes eos eſt, quin ſpes nummi ab illis extorquere poſſit.*

Omne quod eſt oblatio votiva & voluntaria, accipitur ab eis.] Hæc, nempe, Gentilibus concedebantur offerri cum Holocauſtis: cœtera verò cultus, in ſacrificiis, genera ipſis interdicta erant, prout pluribus demonſtravit celeberrimus *Seldenus in Jure Nat. & Gent. Lib. III. Cap.* 4. Et hic quidem verborum אין מקבלין ſenſus eſt, quem Cl. Vorſtium non benè aſſecutum eſſe paucis hîc monere liceat. Is enim Cap. X. Pirke Elieſer verba hæc hebraica: הלא אין מקבלין זבח מן הגוים malè ita tranſtulit: *Nonne acceperant (per traditionem ſcilicet) ſacrificium à Gentilibus?* Etſi enim verbum קבל aliquando idem ſignificet, ac *traditione à Majoribus aliquid accepiſſe*; ei tamen ſignificationi, hîc, locum non eſſe poſſe contextus ipſe docet. Etenim contrarius prorſus è verbis his elicitur ſenſus, & hic qui-

dem : *Nonne in comperto eſt, ſacrificia à Gentilibus non accipi, ſi qui ea obtulerant ?* Alienior autem , ut obiter addam , & hæc eôdem capite *Vorſtii* eſt interpretatio, quando R. Ananiæ verba expoſiturus , ait : *Execratæ ſunt linguæ , qui erant in navi , & quilibet execratus eſt eum manu ſuâ.* Aliud enim textus hebraicus ſuadet, ר׳ חנניה אומר משבעים לשונות היו באניה וכל א׳ ואחד שקוצו בידו שני וייראו המלחים ויצעקו איש אל אלהיו וישתחוו ואמרו :, cujus ſenſus, ſi hebraica benè advertas, hic eſt : *Septuaginta linguæ, ſeu gentes erant in navi, & quælibet idolum, quod ex conſuetudine adoraverat , manu ſuâ arripiebat , auxilium ab eo petens, juxta illud : Et timentes nautæ clamaverunt quisq; ad Deum ſuum , incurvarunt ſe & dixerunt &c.* Quamvis autem quivis verſioni noſtræ facilè ſubſcribat, Rabbinorum tamen teſtimoniis ſi eam firmabimus, non ingratam, ſpero, B. L. navabimus operam. *Raschi* igitur *Cap. I. Jonæ* ſeptuaginta gentes, cum eo navem conſcendiſſe, his affirmat verbis : משבעים אומות היו שם *Septuaginta gentes erant in navi* , & Baal Jalcut ibidem R. Ananiæ verba ita repetit: ר׳ חנניה אומר משבעים לשון היתה באניה וכל א׳ ואחד אלוהו בידו ומשתחוים ואומר נקרא איש אל אלוהו : *R. Ananias inquit : Septuaginta linguæ ſive nationes erant in navi , & quælibet Deum ſuum habebat in manu ſua , incurvabat ſe , & dicebat: Invocet quælibet Deum ſuum &c.*

Ab Esdra expoſitum eſt.] Gemaræ hac de re verba hæc ſunt: אין מקבלין מהן לא לאמת המים ולא לחומת העיר ומגדלותיה על שום שנאמר ולכם אין חלק וצדקה וזכרון בירושלים :, *Non accipiunt ab eis ullam rem , nec ad foſſam aquarum , nec ad muros urbis , & turres Hieroſolymarum, quoniam ſcriptum eſt : Et vobis non eſt pars , & juſtitia, & memoria in Jeruſalem &c.* Et hæc ipſa cauſa eſt , cur tam anxiè disquiſiverint Rabbini , an à Gentilibus accipere quid liceat, quod ad reficiendam labem domus devoverant, qua de re poſt multas tandem lites hæc lata eſt ſententia : תני חדא גוי שהתנדב נדבה לבדק הבית מקבלין הימנו ותניא אידך אין מקבלין א״ר אילא א״ר יוחנן לא קשיא הא בתחילה הא בסוף דאמר ר׳ אסי א״ר יוחנן בתחילה אפילו מים ומלח אין מקבלין מהם בסוף דבר מסויים אין מקבלין דבר שאינו מסויים מקבלין היכי דמי דבר המסויים אמר רב יוסף כגון אמה כולי עורב *Tradit quidam, à gentilibus , qui ad reficiendam labem domus aliquid*

quid devoverant, illud accipi, & alia traditio ait, id non accipi. Ait R. Ila nomine R. Jochanan, hæc ſibi non contrariari invicem; alterum enim illud intelligendum eſſe de principio, alterum de fine. Inquiebat enim R. Aſi, doctore R. Jochanan, in principio (exædificationis Templi)*ne licere quidem vel aquam, vel ſal,* (id eſt, nihil prorſus) *ab iis accipere, ad finem autem ædificiô perductô, non accipi ab iis* דבר המסויים (i. e. ut Gloſſa exponit, rem, quæ conſpicua ſit, & à quovis videri poſſit, quia dedecori partim hoc eſſet Judæis ipſis , partim verò eâ ipſâ gentiles gloriarentur) *è contra autem accipi ab eis* דבר שאינו מסויים *Quid autem eſt* דבר המסויים ? *Reſpondet R. Joſeph, verbi gratiâ, tabula cubitalis ad arcendas aves.* (*Vid. Lexicon Buxt. p. 1038. Aquinatem p. 241. & Aruch p. 88.*) aut, ſi è *Maimonide* aliud exemplum addere licet, *lapis quidam, vel tignum aliquod. Hilch. Matan. Oniim Cap. VIII.* Mirum itaque non eſt, Rabbinos noſtros legibus caviſſe, ne ſemiſiclum â Gentilibus acciperent Nummularii. Vin' cauſſam ? En *Ralbag* loquentem audiamus, qui in Pentateuchum ita : לפי שזה הכסף ילקח מאת בני ישראל לבד הנה לא יקחו שקלים מהגוים ואם נתנו אין מקבלין מהם וזה דבר התבאר בספר עזרא שנאמ׳ לא לכם ולנו לבנות בית אלהינו *Quia juſſi ſumus hoc argentum* (*ſemiſiclum*) *tantùm à filiis Iſrael accipere , ideò non accipiunt ſiclos à gentilibus , & ſi ultrò dederint , non accipiunt tamen ab eis. Et hæc res jamdudum per Esdram expoſita eſt, dum ait: Non veſtrâ; ſed noſtrâ, intereſt ædificare domum Dei,* quam expoſitionem etiam Autorem τῶ *Kiriias Sepher* ſecutum eſſe video p. 31. Adeò invidioſum quippe apud Judæos, *Gentium*, nomen erat, ut peculiares precũ formulas, euchariſticas etiam, confecerint, quibus ſæpius gratias Deo agunt, quod è *Gentilium* numero eos exemerit. Eſt inter cœteras preces in *Machſor* bis quotidie, imprimis die Expiationis, & Novi Anni, magno cum clamore, à Præcentore recitanda Oratio, עלינו לשבח dicta, cujus verſionem latinam, *Vorſtii* verbis reddemus: *Super nos ſit celebrare Dominum univerſi, & dignitatem dare formatori Breſchit, quod non fecerit nos tanquam gentes terrarum, nec poſuerit nos in familiis hujus regionis, nec collocaverit partem noſtram inter illas, & ſortem noſtram tanquam ſortem omnis illorum populi, quia adorant vanitatem & inanitatem, & invocant eum, qui non ſervabit.* Poſteriora hæc verba hodiè in impreſſis pleriſque Litaniarum publicarum libris omiſſa ſunt, lacunâ quadam interſertâ, quam in meo quoque exemplari, *Pragæ* impreſſo, deprehendo ; quondam tamen addita , ut editio *Tephillot Pragenſis* Anni, שׁלום עׄל יׄשראל ſeu Chriſti 1620 abunde oſtendit, Tolerari hæc faciliùs poſſent, quando Gentiles ipſos, quales

quod ajunt, Josuæ tempore erant, iis verbis significatos esse vellent. Utinam autem nec nos, nec, quod plus est, Christum Dominum & Servatorem nostrum, eâ voce complecterentur! Et majores quidem Judæorum Talmudistas, à tanto in Jesum nostrum probro jamdum, ne quid dissimulem, speciosè absolvisse se existimant *R. Lipman in Nizachon p. 191. & Salman Zevi* in Jüdischen Thiriak *p. 4. 5. 6.* estque inter Christianos, præter *Galatinum*, doctissimus Gallus, *Jacobus Gaffarellus*, qui immerenti Talmudi hoc crimen impactum esse, non obscurè fatetur in egregio illo scripto, *Curiositez inouies*, è cujus versione Anglica, cùm gallicô textu, & versione latina nunc destituamur, mentem ejus aperiemus. Circa finem itaque Cap. II. §. 7. *part. I.* hoc modô maculam, à multis, Talmudi illatam abstergit, & Sixti Senensis factum improbat, quòd, cùm 12000. Judaicorum librorum volumina Cremonæ, comburi vidisset, Galatini, aliorumque Christianorum, scripta rogo unâ injici non curaverit, qui, quæ in Talmude contra Jesum continentur, etiam de alio, quàm nostro Redemtore, intelligenda esse asserunt. Subdit enim: And this is so known a truth, that the most furious among the Jewes dare not deny it, unless they deny their Talmud. So that this confession being so much the more forcible, because it proceedes from the mouth of our Adversaries, it quite overthrowes all that Senensis, and those of his perswasion, have brought to the contrary. I will not say, but that the later Rabbins doe more perversly handle the Controversy, which is bewixt them and Us; namely, Whether Jesus Christ be the true Messias, or not; and that, among the heaths of so weighty a Dispute, they doe sometimes speake irreverently of our sacred mysteries: But (which is a very wonderfull thing, and which ought to convince all the enemies to the writings of these men:) among so great a number of Arguments that are brougth against us, by R. David Kimchi, and R. Joseph Alboni (two Jewish Rabbins, which were both very learned and Zealous for their own Religion:) you shall not find one opprobrious speech uttered against Jesus Christ: as that he was a seditious Person, (as he was called in his life time) or a Magician, or an Impostor, or a Malefactor, or any other the like blasphemious termes: not with standing there is scarcely any of our Christian Writers, that have written against the Jewes, which give them not very hard language. They dispute indeed, Whether the Gospel be a Law, or not, but not, Whether the Autor of it were a Wicked Man, or no. Nay, on the contrarii, they rather confesse him to have religiously kept all the Commandements of the Decalogue. They say indeed, that he was but

meere

meere Man, and not God : — but they doe not say, that he was a wicked, perfidious Person. They accuse his Apostles indeed of ignorance, but not of falsehood &c. Hactenus *Gaffarellus* ! Hæc quidem de veteribus illis Judæis credi forsan faciliùs possent. Post ea verò tempora, nobis propiora, annon convitiis illis eum ipsum Jesum nostrum impetant posteri eorum, (etsi moderatiores quidam in his sint quoque, qui à blasphemiis apertis se abstineant) eaque dictæ precationis verba in eundem omni studio vertant, fidem ægriùs facient. Incidi ipse non ita pridem, cùm INCLYTÆ REIP. NOSTRÆ Bibliothecam per transennam lustrarem, in ejusmodi aliquod *Machsor*, Pergameno, & prægrandi volumine, nitidissimis aurô majusculis literis, coloribusque adhuc vividissimis scriptum, quos tantam ætatem ferre vix credi potuisset, (exaratú enim erat בצא׳ לפרט, seu Anno Christi 1331.) in quo, quæ *Vorstius in Chronol. sacro-profana pag. 269. & Hoornbeccius de convert. Jud. in Prolegom.* ex aliis audivisse se narrant, quàm blasphemè nimirum in hæc superiùs dicta *Machsor* verba commententur, ipse hisce meis oculis vidi, nescio cujus Rabbini manu elegantissimâ, circellô in margine conclusa, sic se habētia : וריק בגי ישו הבל בגימי זל״ כלומר זל ומזלזל הוא ישו טמא לכן יש שנזהרים מלומר מושב יקרו כוהם אותיות של וריק אלא אומרי׳ מושב כבודו. *Vocabulum* וריק *in Gematria eundem continet numerum ac* ישו, *vocabulum* הבל *autem idem valet ac* זל, *id est, vilis & abjectus ille contemtor, Jesus impurus. Hinc etiam sunt nonnulli, qui monent, ne in hac ipsa precatione legantur verba* מושב יקרו, *quia vocabulum* יקרו, *ratione numerorum, & per literarum transpositionem, idem valet ac* וריק; *sed loco ejus* מושב כבודו. quâ notulâ, egregiè doctus Rabbi quidam, natione Polonus, cùm spectandum ei ipsum exemplar heîc dedissem, post varias tergiversationes, Jesum nostrum Nazarenum, ab eo quidem Scriptore indigitari, planè se credere, tandem fatebatur : sed eapropter Judæis universis intentandum illud nequaquam esse, addebat. Sub idem tempus convenit me è Judæo Christianus, Vir pariter doctus, (Rabbinum enim quondam Pragæ se fuisse affirmabat) nunc Hamburgi degens, cui ipsa illa verba dicti voluminis legenda præbueram, petens, ut, quid de iis sciret, ingenuè aperiret. Is verò, conscientiâ teste, nihil in gratiam nostri, nihil in Judæorum inuidiam dicturus, (Fratres enim adhuc nominabat secundùm carnem, quibus optimè etiamnum cuperet, & gratiam Dei comprecaretur,) sanctè asserebat, tacitè omnino Jesum etiam nostrum verbis iis notari; quin affirmabat cum Clariss. Buxtorfio Synag. Judaicæ Cap. V. in eorum Synagogis, cùm ad hæc Precationis

tionis hujus verba ventum eſſet, publicè exſpui, idque ipſum ſe quoque millies feciſſe è Rabbinorum legibus, ac, ut Diſcipuli ſui paria facerent, ex ea, in eorum ſcholis conſuetudine, docuiſſe, quod facinus nunc quidem deplorare ſatis non poſſit, à Deo miſericordiam ſperans, eò quidem, quòd ex ignorantia à ſe commiſſum bonus ille Deus ſciret. Vereor, ut hoc faſſuri ſint multi Rabbinorum modernorum. Per quidem ſtrenuè negat *Salman Zevi p. 28.* Oculatus autem teſtis ego quidem orationi illi, vice non unâ, interfui, & ad verba illa exſpuiſſe eos non animadverti; incertus nunc quidem, an, quòd à Chriſtianis linguæ illius intelligentibus ſibi caverent, datâ operâ; an, quòd ita uſus non ferret; an, quòd deproperata & præcipitata lectio me fefellerit, ut aures oculoſque prætervolarit. Conſpiraſſe ad unum omnes Judæos, ignominiâ Jeſum noſtrum afficiendi, affirmare non auſim; ſed ut omnes ab eo crimine abſolvam, nec id auſim. Deo illud notum eſt, qui errantis gregis, & non paucorum cæterà proborum, ac, ſine ſpe etiam præmii, quandoque officioſorum hominum, clementiſſimè miſereatur, eamque mentem inſpiret, quæ in plenam Filii ſui cognitionem obſequioſè duci ſe patiatur.

ו

ואילו שחייבין בקלבון לוים
וישראלי' וגרים ועבדים ם
משוחררים אבל לא כהנים
ונשים וקטנים השוקל על
ידי כהן על ידי אשה על ידי
עבד על ידי קטון פטור ואם
שקל על ידו ועל יד חבירו
חייב בקלבון אחד ר"מ אמר
שני קלבונות הנותן סלע
ונוטל שקל חייב שתי קלבונות:

VI.

HI ſunt, qui collybum dare tenentur: Levitæ, Iſraëlitæ, proſelyti, & ſervi dimiſſi; nō autē Sacerdotes, uxores, minorennes (& ſervi.) Qui ſiclum pro ſacerdote dat, uxore, ſervo, & minorenne, liber eſt à collybo; tenetur autem, qui pro ſe, & ſocio ſuo, dat ſiclum, unô; quamvis R. Meir dicat, duobus collybis. Qui dat Sela, & ſumit ſiclū, duplicem debet collybum.

ANNOTATA.

Collybum.] Adeò nempe auri ſacra fames mortalia pectora cogit, ut, non contenti eô, quod Deus exſolvere juſſerat, Nummularii, novis oneribus didrachma pendentes preſſerint, præter omne fas & æquum,

quum, ex permutatione pecuniæ, collybum à quovis exigentes, quem vel ſolùm eò nomine Deo acceptum non fuiſſe credo, quod ne egeno quidem, cujus magnam fieri rationem Deus ubique voluit, pepercerint. Idque ipſum inter complura alia facinora ægrè tuliſſe videtur Dominus Jeſus, dum in Templo Nummulariorum æs effudit, & cathedras eorum evertit. Quamvis autem ex his ipſis manifeſtum ſatis ſit, quid collybus fuerit, non mirari tamen non poſſum *B. Hieronymum*, qui ad locum *Matth. XXI.* collybiſtarum officii partes diversò planè modô deſcribit. Ait enim *pro Nummulariis conſtitutos fuiſſe Collybiſtas, cujus verbi proprietatem latina lingua non exprimit. Collyba dicuntur apud eos, quæ nos appellamus tragemata, vel vilia munuſcula, v. g. frixi ciceris, uvarumq, paſſarum, & poma diverſigeneris. Igitur, quia uſuras accipere non poterant, collybiſtæ, qui pecuniam fænerati erant, pro uſuris accipiebant varias ſpecies, ut, quod nummô non liceret, in his rebus exigerent, quæ nummis coëmuntur.* Miſcere certe mihi videtur optimus Pater, ex affinitate vocabuli, κόλυβα cum κόλλυβος, planè diverſa. Etſi enim falſus in eo non ſit, κόλυβα eſſe σῖτον ἑψητὸν, ab hoc tamen vocabulo originem ducere collybiſtas, vel, ut nonnulli ſcribunt, colybiſtas, non facilè ſane oſtendet. Nec verò, Nummulariorum & colybiſtarum diverſa fuiſſe officia, adeò quidem, ut *hujus nominis Collybiſtarum, proprietatem latina lingua exprimere non poſſit*, perſuadebit cuiquam. Ut autem taceam porrò, ſiclos in Medina collectos, Hieroſolymam perlatos eſſe, & cum iis ipſum quoque collybum, (ut *è Gemara* ad calcem hujus capitis patebit) id ſaltem dicam, *tot tragemata frixi ciceris, uvarumq, paſſarum, & poma diverſigeneris*, quæ accepiſſe Collybiſtas, ait *Hieronymus*, per longiſſimam ſæpe viam Hieroſolymas curare, maximi fuiſſe oneris, niſi in nummos ea commutaſſent, quod ſive fecerint, ſive non, uſuras tamen accepiſſe cenſendi ſunt; æquè enim uſuræ nomine, ac nummi, veniunt res omnes, quæ nummò æſtimari poſſunt. Ipſum igitur collybum, de quo Miſchna noſtra loquitur, nummulum fuiſſe dicimus, ſeu, ut *Theophylacti* verbis utamur, εἶδος νομίσματος εὐτελοῦς, de cujus pretio, & valore, infra dicetur.

Non autem Sacerdotes.] Fatentur tamen Comentatores, in vetuſtioribus exemplaribus hæc verba, אבל לא כהנים, omiſſa eſſe, quod ipſum etiam *è Keſeph Mischne ad Cap. III. Hilch. Schekal.* colligi quodammodò poteſt. Utut autem ſit, conſentiunt certè omnes, Sacerdotes à collybo liberos eſſe. Si enim honeſtatis cauſſa oppignerari non poterant, ipſiusque Synedrii decretô, ſi longas in exſolvendo ſiclo moras duxerant, liberabantur, quis credat ad collybum eos obligatos

fuiſſe, cùm & ipſi Collybiſtæ vel famuli eorum fuerint, vel non alii, quam quos ad quæſtum illum excipiendum admiſerant?

Uxores, minorennes, & ſervi.] Jure ſanè meritò! Nec enim malè *Maimon* noſter: כל מי שאינו חייב בשקלים כגון שתי נשים או שני עבדים שנתנו שקל פטורין מן הקלבון: *Quicunq; ad ſiclorum penſitationem non obligatur, ut duæ mulieres, aut duo ſervi, qui ſponte tamen ſuâ moti ſiclum dederunt, ad exſolvendum collybum non tenetur*. Ruſticitatis enim eſſet, ut mitiſſimè dicam, ex permutatione pecuniæ lucellum ab illo quærere, qui legibus hac ex parte ſolutus eſt.

Qui ſiclum pro Sacerdote dat.] Has quomodo voces redderem, dubiam traxit ſententia mentem. Videram bonæ memoriæ *Buxtorfium in ſuo Lex. p. 2032.* hanc ῥῆσιν ita expoſuiſſe: *Si quis per hosce tres* (Sacerdotes, mulieres, & parvulos,) *permutaverit, liber eſt: ſi ipſe permutaverit, aut per ſocium ſuum, tenetur dare collybum unum*, & in hac ſignificatione τὸ על ידי occurrere non raro, ſciebam, fierique potuiſſe, ut per aliquem, ſuô quis nomine, ſiclum penderet, quod è *Cap. II.* certum eſt. Sed verò nec reſpuit ſenſum τὸ בשביל *propter alterum*, vel *alterius locô*, ut ſenſus ſit: *Qui ſiclum pro ſacerdote dat, pro fœmina, ſervo, & minorenne, liber eſt*. Et annon ita explicari debeat, aliorum eſto judicium: Nec enim à ſolvendo collybo liber ſtatim erat, qui per alterum commutabat: ſed qui pro altero ſiclum exſolvebat, ut eum hoc ferendô onere levaret, quod *Maimon* etiam innuit, qui ad *Miſchnæ* §. 3. τὸ על ידו exponit per בעבורו & §. 6. expreſſis verbis per בשביל. Ne quid verò ulteriori explicationi deſit, Bartenoræ verba ſubdam:

השוקל ע״י אשה פטור כגון שהלוה להם דכיון דפטורי׳ הן לא מחייבי בקלבון ואי לא הלוה להם אלא שפורע בשבילם אפילו שוקל בשביל בר חיובא פטור מן הקלבון: *Qui ſiclum dat pro uxore, &c. liber eſt, ſi nempe mutuò ei dedit; quia enim mulieres ad ſolvendum ſiclum jure non tenentur, à collybo liberæ ſunt. Et, ſi iis non mutuò eum dedit: ſed earum locô ſolvit, etiamſi ſiclum pro eo etiam ſolviſſet, qui legibus ad pendendum ſiclum aliàs tenetur, liber tamen eſt à collybo.*

Tenetur autem, ſi pro ſe & ſocio ſuo dat ſiclum, uno.] Si integrum quis ſiclum Nummulariis exſolverat, partim pro ſe, partim pro ſocio ſuo, collybum omnino debebat, ſi, quod benè notandum, mutuò ſaltem id amico ſuo argentum dederat. Tum enim de-

demum immunis quis erat à collybo, si, quem pro altero siclum obtulit, eidem condonaverat.

Duobus.] Arbitrabatur quippe R. Meier, æquum esse, cùm viritim quilibet, præter siclum, collybum præstiterit, ut singuli etiam, licet conjunctim didrachmum suum solverent, eâdem lege tenerentur, & pro quolibet capite collybum quivis penderet. Suffragium autem non datum esse τῷ R. Meier, Maimon ait. ואין הלכה כרי מאיר

Sela.] Est pondus integri sicli. Mischnæ autem mentem huc redire arbitror: Siquis integrum siclum, Nummulario permutandum dedit, ut dimidiô ejus nomen expungeret, alteram partem à nummulario repetiturus, duplicem debet collybum. Quòd autem addit, ונוטל שקל, *& sumit siclum*, non ita intelligendum est, ac si integrum etiam siclum ei rependerit Nummularius: sed quòd dimidium saltem commutarit. Familiare nempe est Rabbinis nostris, semisiclo etiam sicli nomen dare, qua in re sæpissime exemplô eorum me usum fuisse, B. Lector deprehendet, quod hîc semel monuisse sufficiat, ne Tironi in legendo obicem ponere videamur. Et habemus testem nobis omni exceptione majorem, celeberrimum *Mosen Gerundensem* in Perusch hattora Parschâ תשא, dum ait: העם קורים שקלים לחציי הסלעים שהיו שוקלים בכל שנה וכן הונהג בלשון חכמים במשנה ועל כן אומר אדם לחבירו שקל הלויתני כלומר חמשקל שישראל שוקלים ויתכן שעשו בזמן בירת שני מטבע כסף של ב׳ דינרין כדי שיהא מצוי לתת לגזבר ההקדש ולא יצטרכו לקלבון וקראו לזה המטבע שקל והיו קורין לשקל של משה שהוא שקל של תורה סלע כתרגומו; *Appellat Vulgus dimidios Selaim, quos sicli sui loco quotannis numerant, Siclos, quod Magistris quoq; nostris in Mischna consuetum erat; & hinc quidem ajebat alter alteri: Siclum mutuò mihi dedisti, id est, tantum argenti pondus, quod Israëlitæ sicli sui locô pendebant. Nec falli me arbitror, si tempore Templi secundi monetam argenteam duorum denariorum pondere cusam dixero, ut in promtu quivis haberet, quod thesaurariis ærarii sacri exsolveret, ne collybum pendere iis teneretur. Vocarunt autem monetam illam Siclum, Siclum autem Mosis, seu Siclum Legis, ad Paraphrastis Chaldæi exemplum, Sela.* Conf. & Ez hachaiim.

ז

השוקל על ידי עני וע
ועל שכנו ועל בן עירו פטור
ואם הלוון חייב האחין וה
והשותפין שחייבין בקלבון
פטורין ממעשר בהמה וכ
וכשחייבין במעשר בהמה פ
פטורין מן הקלכון וכמה הוא
קלבון מעה כסף דברי ר׳
מאיר וחכמים אומרים חצ
מעה:

VII.

Qui ſiclum dat pro paupere, pro vicino ſuo, aut conterraneo, liber eſt à collybo; ſi autem mutuò ſaltem dedit, tenetur. Fratres, & commercium unà habentes, qui dare collybum tenentur, liberi ſunt à decimis beſtiarum; & qui ad decimas beſtiarum obligantur, liberi ſunt à collybo. Quantum eſt autem collybus? Obolus argenteus, ut R. Meir videtur; at Sapientes opinantur, dimidium oboli.

ANNOTATA.

Qui ſiclum dat pro paupere.] Eadem hæc Miſchnæ verba repetit *Jalcut p. 105.* quamvis, meâ quidem ſententiâ, perperam ſatis, quòd legit, ואם חולה חייב *ſi ægrotat tenetur.* Nec enim video, quomodo hæc ipſa verba cum præcedentibus cohæreant, adeoque vitium typographicum irrepſiſſe, vero valdè videtur ſimile: Arbitror enim locô ואם הלוה *& ſi mutuò dederit, tenetur,* Typographum ex oſcitantia legiſſe ואם חולה. Certú tamen interim eſt, ipſum etiam ægrotum, ut officii ſui partes expleret, ſiclum pendere per alios debuiſſe, quamvis Rabbini prorſus de eo ſileant. Miſchnæ autem noſtræ mentem cùm præ cœteris *Maimon* expreſſerit, verba ejus hîc annectere opus erit. הנותן שקל עליו ועל העני או על שכנו או על בן עירו אם נתנו להם מתנה פטור מן הקלבון שהרי נתן חצי שקל מתנה כדי להרבות בשקלים ואם נתן להם החצי שקל על ידם דרך הלואה עד שיחזירו לו כשתמצא ידם חייב : *Qui ſiclum pro ſe dat, & pro paupere, & vicino, aut conterraneo ſuo, ſi dono eis tantum argenti dedit, liber eſt à collybo; dono enim dedit dimidium ſiclum ſolùm eâ fini, ut ſummam*

mam ſiclorum augeret. Quod ſi autem ſemiſiclum, quem eorum locò ſolvit, mutuò tantùm dedit, donec datâ occaſione ſibi reſtituatur, tenetur dare collybum.

Fratres, & commercium unà habentes.] Diſcrepant hic exemplaria. Simpliciter enim *Talmud Hieroſol.* legit האחין השותפין vau copulativô omiſſô, quam lectionem etiam *Babylonicum in Maſſ. Cholin p. 39. 2.* retinet, idque ipſum tanti momenti R. Abrahamo F. David viſum eſt, ut in ſuis in Rambam animadverſionibus, erroris incuſare Maimonidem non dubitarit. Ita enim ille: לא מצאתי לזה שרש בגמ׳ ולא בתוספתי ולא בירושלמי ואני אומר שהטעהו מה שראה במקצת ספרים האחין והשותיפן והוא טעות סופרים אלא האחין השותפין : *Non inveni huic rei fundamentum, nec in Gemara, nec in Toſiphta aut Talmude Hieroſolymitano, & mihi quidem videtur R. deceptus eſſe eô, quod in exemplaribus nonnullis lectum viderit* האחין והשותפין, *cùm tamen librariorum id ſit vitium, legiq; debeat* האחין השותפין. Ut autem Maimonidis ſententia, quam impugnabat, meliùs innoteſcat, operæ pretium erit, ejus quoque verba hîc ſubſternere, quæ è Cap. III. *Hilch. Scheckalim* adſcribemus: האחין שעדיין לא חלקו מה שהניח להם אביהם וכן השותפין שנתנו שקל על ידי שניהם פטורין מן הקלבון. במה דברי׳ אמורים בשותפין שנשאו ונתנו במעות השותפות ונשתנה עין המעות אבל אם הביא זה מעותיו וזה מעותיו וערבום ועדיין לא נשתנו המעות ולא הוציאום הרי אלו חייבין בקלבון *Fratres*, ait, *qui nondum inter ſe partiti ſunt, quod hæreditate Pater iis reliquit, & ii præterea, qui commercium agunt, ſi ſiclum pro ſe ambobus dant, liberi ſunt a collybo. Quomodó autem hæc intelligenda ſunt? De iis, qui commercium agentes, pecuniâ conjunctâ negotiantur, & quorum monetæ ſpecies* (Maimon. MS. Oxonienſe in margine loco עין legit מין) *commutatæ jam invicem ſunt. Quòd ſi autem & hic, & ille facultates demum ſuas attulerint, easq; invicem commiſcuerint, nondum tamen nummis permutatis adhuc, aut expenſis, tum debent collybum exſolvere. Si negotiati invicem ſunt, & interjectô tempore nummos diviſerunt, iterumq; tandem ſe conjungunt, debent collybum, donec ad extremum conjunctis nummis unà negotientur, & pecunia permutetur.* Hæc Maimonidis ſunt verba, quæ cenſuram mereri credebat R. A. F. David, quamvis fruſtra, Keſeph Miſchne annotante. Sciendum autem porrò & hoc ex noſtro Maimonide: האחין והשותפין שהיה להם בהמה וכספים וחלקו בכספים חייבים בקלבון אף על פי שעדיין לא חלקו הבהמה

הבהמה ואם לא חלקו הכספים פטורין מן הקלבון עד שיחלקו הכספים *Fratres, & eos, qui commercium agebant, quibus pecora aliaq; bona erant, si argentum jam inter se diviserunt, pecoribus licet ex æquo nondum divisis, debuisse dare collybum,* (MS. Oxonienſe hic interſerit, חלקו הבהמה *Divisis autem pecoribus*) *& nondum argentô, liberos fuiſſe, donec & argentum ex æquo partiti fuerint.* Plura cui videre animus eſt, adeat Gemaram, & Aruch ad vocem קלבון.

Mea.] De quanto ipſo ad exſolvendum collybum, in diverſa abeunt Rabbini. E Magiſtrorum enim mente dimidius erat obolus, τοῦ R. Meier opinione rejectâ: Ait enim *Maimon* הלכה כחכמים *Magiſtrorum ſententiam jure merito amplectendam eſſe.* Ecquem autem in uſum converſus fuerit collybus, varia de eo ſunt judicia, quæ è Gemara petenda erunt. להיכן היו קלבנות נופלין ר״מ אומר לשקלים ר׳ אליעזר אומר לנדבה ר׳ שמעון אומר ריקועי פחים ציפוי לבית קדשי קדשים בן עזאי אומר שולחנין היו נוטלין ועושין בשכרן ויש אומר להוצאת דרכים : *Quò conjiciebant autem collybos? R. Meir inquit, ad ſiclos. R. Elieſer, in gazophylacium, ut ex eo holocauſtum emeretur pro munere voluntario totius Eccleſiæ. R. Simeon opinatur, ad extenſas laminas aureas, quibus Sanctum ſanctorum obtegerent, adhibitos eos eſſe. F. Aſai nummulariis eos in mercedem ceſſiſſe vult; alius autem, ad reparandas vias eos converſos eſſe.* De Mea autem ipſa, ſeu Gera, vel verbulum addere opus non eſſet, niſi è doctiſſimorum Virorum ſcriptis dubium de valore ejus ſubortum mihi eſſet, quod *pondere ſeptendecim grana hordei circiter æquare volunt*, R. L. F. Gerſon teſtimonio, ut arbitrantur, tuti. Præterquam enim, quòd ipſe Ralbag *in Comment. ſuo pag. 110.* diſertis verbis Geram per ſedecim grana hordei mediocria deſcribit, non levis præterea accedit ratio, cur diſſentiam. Niſi enim prorſùs fallor, omnino credo, ſi Gera ſeptendecim grana hordei circiter æquavit, ſiclum, quem vocant ſacrum, ad numerum 340. gran. excreſcere debuiſſe, cùm tamen Rabbinorum teſtimoniis compertum ſit, ultra 320 granorum pondus eum non continuiſſe. Neſcio igitur, an diverſò forſan exemplari uſi ſint Viri doctiſſimi, in quo ob characterum difficultatem numerus minùs benè expreſſus erat; aut, an rationes ſubſint, quæ eos moveant, quò minùs ab aliorum ſtare partibus velint.

* * *



פרק ב

משנה א'

מצרפין שקלים לדרכונות מפני משוי הדרך כשם שהיו שופרות במקדש כך היו שופרות במדינה בני העיר ששלחו את שקליהם ונגנבו או שנאבדו אם נתרמה תרומה נשבעין לגזבר ואם לאו נשבעין לבני העיר ובני העיר שוקלין תחתיהן נמצאו או שהחזירום הגנבים אלו ואלו שוקלים ואין עולין להם לשנה הבאה :

CAPUT II.

MISCHNA I.

Sicli ob onus viæ, commutantur in Darconos. Sicut in Sanctuario arcæ ſunt : ita etiam in urbibus extra Hieroſolymas. Incolæ urbium, qui ſiclos ſuos transmiſerunt, & furtô ablati ſunt, aut deperditi, poſt factam ſeparationem jurant Theſaurariis ; ante eam autem, jurant concivibus, qui deperditorum locô alios offerunt. Si inventi iterum fuerint, aut fures eos reddiderint, hos & illos, unà offerunt, nec ideò anno ſequente dominorum ſuorum debito ſatisfaciunt.

ANNOTATA.

Commutantur.] Collecti jam à Nummulariis ſtatutô tempore ſicli, Hieroſolymas per certos homines mittebantur, incolarum curà, qui extra Hieroſolymas vitam degebant. Quò autem commodiùs id fieret, in leviorem eos commutabant monetam, ne ob ponderis gravitatem, viarumque aliquando difficultatem, impares eſſent ferendo latores, aut tanto oneri ſuccumberent. Ita enim *Maimon cap. 2. Hilch. Schekal.* בכל מדינה ומדינה כשגובין השקלים משלחים אותם ביד שלוחין למקדש ויש להם לצרף .אותם בדינרי זהב מפני

משאוי

משאוי הדרך : *Postquam siclos ubivis locorum extra Hierosolymas collegerunt, per certos latores in Sanctuarium mittebantur. In denarios autem aureos commutare eos debebant, ob onus via.* Præ cœteris vero omnibus rebus aurum eligebant, in quod sicli permutarentur ob idem semper & æquale ejus pretium, quod non æquè, ac alia moneta, modò augeri solebat, modò minui. Et hæc ipsa caussa est, cur in gemmas permutare siclos noluerint, *Gemara* testimoniô : יעשו אותו מרגלי״ת שמא תיזול מרגלית ונמצא הקדש מפסיד בו : *Permutentur sicli in Gemmas? Metuendum autem esset, ne gemmæ vilioris fierent pretii, & fiscus sacer detrimentum ex iis pateretur.*

In Darbonos.] Aurea Darbon, seu, ut alii legunt, Darcon, erat moneta, valore duorum Selaim, quæ adjectô Aleph *Esdræ 8.30.* Adarcon dici videtur, aliis Darchemon. An autē Darcon, & Darchemon, pretio æqualia invicem fuerint, Judæi ipsi exploratū satis non habent. *Abenezra* quidem, cum *Kimchio*, diversa eorum ponderis ratio non fuisse videtur, aliis tamen aliud sentientibus. Ipsæ enim notulæ ad *Sepher Schorsim* expressè Darchemon cum Darbon, seu Darcon, confundi ajunt: יש הפרש בין דרכמון לאדרכון והם שני מיני מטבעות מתחלפין: Notandum autem porrò est, Darchemonim non unius fuisse generis: sed pondere & valore diversos, quòd *Maimonidis* verbis ostendisse operæ erit pretium. Ita verò ille *ad Mass. Bechor. p. 49.* כבר בארנו פעמי׳ רבות שהסלע הנאמר בתורה קראו הי״ת שקל ונקרא גם כן כסף כמו שנאמר חמישים כסף ומאה כסף ונאמר כסף שלשים שקלים היה משקלו כ״ב דרמונים ומשקל דרכמון י״ו גרגיר ואלו הן גופי התלמוד ואין ספק בהן וקבלה בידינו מאבא מרי ז״ל שקבל הוא מאביו ומזקנו איש מפי איש ז״ל שהגרגר הזה שמשערין בו המשקל הזה הוא גרגיר שעורין ואינו יודע לו שום טעם ולפיכך יהיה משקל הסלע שפ״ד גרגרין ומצאתי משקל דרכמון המצרי בגרגרי שעורים ס״א גרגיר ז״ה והא משקל הסלע פדרכמונים מצרים ו׳ דרכמונים וחלק מט׳ בקירוב: *Multoties jam exposuimus, quòd Sela, cujus in Lege fit mentio, Deus vocaverit siclum, & simpliciter etiam argentum dicatur, sicut dicitur: Quinquaginta argenteos, &c. Deut. XXII, 29. centum argenteos, &c. & argentum triginta siclorum, &c. Pondus autem τοῦ Sela erat 24. darchemonim, quorum unus 16. grana ponderabat. Et hæc quidem è Talmude adeò certa sunt, ut dubitare de iis non liceat. Traditione autem accepi*

ex Dn. Præceptore meo ſ. m. qui ipſe ex Patre & avo ſuo, quilibet ex ore alterius, audiviſſe ſe narravit, quòd granum hoc, quô pondus hoc examinabatur granum hordeaceum fuerit; nec verò ullam ejus rei rationem noverat. Erit itaq; pondus unius Sela 384. granorum. Inveni autem præterea pondus darchemon ægyptii in granis hordeaceis fuiſſe 61. granorum, & hoc pactô continebat Sela ſex darchemonim ægyptios, & propè partem nonam, &c. Darbonot autem ipſos quod attinet, nummi aurei Perſici erant, Darii effigie, ſi *Mußaph Aruch* credendum eſt, ſignati, quod vide.

An verò ideò, quia ſicli in aureos permutati ſunt, concludendum ſit, aureos Siclos olim in uſu fuiſſe, non video, quibus rationibus probari poſſit, tum, quòd de aureo ſiclo, Miſchnæ noſtræ, ſermo prorsùs nullus ſit; tum verò, quòd Darbon, Ebræus nummus non fuerit: ſed Perſicus, charactere, inſcriptione, & pondere, à ſiclo ſacro diſtinctus, quô ante captivitatem Babylonicam Judæos non uſos eſſe arbitror, ut Rabbinorum teſtimoniis certum videtur. Ipſum certe *Keſeph Miſchne ad Cap. I. Hilch. Schekal.* כשעלו ישראל מהגולה היו שוקלים דרכונות, *cùm Iſraëlitæ è captivitate venirent, locô ſicli Darbonos obtuliſſe ait.* Quin ipſe etiam *Maimon*, cùm paulò ante dixiſſet, tempore domus ſecundæ monetam, Sela dictam, in uſu fuiſſe, poſt dein annectit ועוד מטבע אחר היה שם שהיה משקלו שתי סלעים והוא היה נקרא דרכון: *Aliam præterea monetam ibi* (illô tempore) *viguiſſe, pondere duorum Selaim, quæ Darcon vocetur.* Nec verò è *I. Paralip. XX, 24.* evinci poterit, quod tamen confirmandis aureis ſiclis adduci ſolet, ubi David Arnani ſiclos aureos, pondere ſexcentos, dediſſe dicitur. Benè enim id jam animadverſum eſt, *Vulgatam*, adde & *Tigurinam*, & *Caſtalionis* editionem, non reddidiſſe *ſiclos aureos*: ſed *ſiclos auri*, *ſexcentos pondere.* Sed & hic verborum ſenſus etiamnum ambiguus eſt. Vel enim hoc vult ſacer Scriptor, ut argentum, ex quo 600. ſicli fundebantur, & aurum, quod obtulerat Rex, gravitate mutuò ſibi reſponderint, ut, quot libras v. g. 600. ſicli argentei pependerint, totidem quoque aurum pependerit, quod Arnan contra acceperat, quæ quidem regia magnificentia fuiſſet; Vel hoc dicitur, tantum auri dediſſe ei Regem, quod pretiô ſuô 600 ſiclis inſcribi potuiſſet. Uter nunc ſenſus eligatur, nihil ille quidem ad ſtatuminandum aureum ſiclum fecerit. Et priori quidem ſenſui, ante B. noſtrum Lutherum, verſio Bibliorum germanica, quæ *Anno Chriſti 1483 Norimbergæ* lucem vidit, favet: Gold an Gewicht 600. Sekel / ſive planiùs exprimendo: So ſchwehr das Silber an 600 Sekel gewogen habe / ſo ſchwehr Gold habe David dagegen gewogen / quam opinionem etiam R. Elieſer F. Schemjah *in Maß. Sebachim p. 116*, tuetur. Ita enim de eo

Raſchi: ר׳ אליעזר בן שמוע אומר ויקן דוד את הגורן כדמפ׳ בעינן ויתן דוד לארונה במקום זהב משקל שש מאות *R. Elieſer F. Schemjah inquit, coëmiſſe Davidem aream, eô pretiô, quod expoſitum eſt* (in Paralip.) *dediſſe nempe eum Arnani pro loco aurum, pondus ſexcentorum ſiclorum.* Poſteriori B. Lucas Oſiander accedit Edit. Bibl. cIɔIɔcIx. qui, quantum colligo, hoc aſſerit, *Ornan aream ſuam pro 600. ſiclis Regi dediſſe, eamq; hunc ſummam perſolviſſe aureâ monetâ.* Vernaculâ noſtrâ ſic exprimeremus: Ornan habe ſeine Tennen dem König gegeben / um 600. ſilberne Sekel; der König aber habe es Jhm nit in Silber: ſondern in Gold bezahlet / welches eben ſo viel wehrt geweſen / als die 600. Sekel / oder die gantze Summa des Anſchlags war. Et ab hujus partibus ſtare arbitror doctiſſimum *Samuelem Laniado in Cle jakar* ad verba II. Sam. XXIV. Is enim collaturus cum eodem locum I. Paralip. XXI. ſic ait: ולפי הפשט אפשר לומר שנתן לו כסף משקלו שש מאות משקל ועולים השש מאות משקל כח מי שיו משקל זהב באופן שי״ב משקלים כסף במשקל א׳ של זהב. *Juxta ſenſum ſimplicem dici poteſt, dediſſe Davidem Arnani argenti pondus ſexcentarum librarum, quod ipſum ad L. pondera auri aſcenderat, eô puta modô, ut duodecim libræ argenti unum pondus auri fecerint.* Idque ipſum etiam *Toſéphot* confirmant *ad Maſſ. Chetubot pag. 99. 1.*

Arcæ.] Arcas illas שופרות vocant ob figuram, Tubis non diſſimilem, anguſtô ſuperiùs orificiô, ne immiſſa jam ſemel pecunia eximi potuerit, *Gemarâ* teſte *Cap. VI.* שופרות הללו עקומות היו קצרין מלמעלה רחבין מלמטה מפני הרמאים *Incurvatæ erant illæ arcæ, anguſtæ ſupra, latæ infra, propter deceptores.* Conf. Maim. ad Miſchnam, & Cap. I. Hilch. Schekalim. Erant autem ciſtarum illarum tredecim numerô, in Sanctuario; in Medina duæ tantùm, quarum unâ utebantur ad excipiendos ſiclos præſentis anni; alterâ autem, ut oblatos, ab iis, qui annô præteritô ſemiſiclum non exſolverant, ſiclos eâ concluderent. Has ipſas autem arcas, quas שופרות Talmudiſtæ appellant, in N. T. γαζοφυλακίων etiam nomen habere non ampliùs dubito, veroque valdè ſimile eſt, ad has arculas *Joſéphum de bello L. V. Cap. XIV.* ſub voce γαζοφυλακίων reſpexiſſe, quem jam ante celeberrimus *Ligthfootus* adduxit *in Chorogr. Marco præmiſſa Cap. III.* §. 4. Solet enim vocabulum hoc arculæ ſignificationem aliquando retinere, ut luculentiſſimus teſtis eſt Franc. Mar. Grapaldus de part. æd. Lib. II. Cap. IX. *Gazophylacium in S. literis Arca ad cuſtodiendas oblationes apud Judæos, & Corbona dicitur.* Ejusque vocabuli vim benè etiam *Maximus Kalliupolites* in verſione græco-barbara N. T. advertit, dum γαζοφυλάκιον ubique

per

per κουτὶ τῆς ἐλευμοσύνης exponit, ut Marc. XII, 41. ubi ad marginem hæc unà verba adjecit: ἦγυν εἰς τὸ κουτὶ, ὅπου βάλουν τὴν ἐλεημοσύνην, *nempe in arcam illam conjecerunt divites nummos suos, in quam immittere solebant eleemosynam*, à quo non dissentit *Ant. Brucciol* in Annot. suis, dum ait: *Meteua la turba nel Gazofiliacio, cioè arca aperta à questo, accioche si mettessino i doni d' Iddio.* Digna autem sunt, quæ præ cæteris addantur verba Cl. Viri *Christiani* Hartsoeker in not. ad Marc. p. 350. *Joseph, d' Evangelisten en andere Griecksche Schryvers gebruiken 't griecksche woordt* (γαζοφυλάκειον,) *'t geen wy hier hebben, meenigmael in een nauwer sin vor de Kist, vvaer in door seker languverpiggat, hoedanige hedendaegs in de arme bußen zün, de Menschen hunne Gelt-giften tot behoof des Tempels, des Seltsdiensts en der Priesteren vvierpen. De LXX. Griecksche Oversetters, vvanerse het hebreeusche vvoordt* (ארון,) *dat om die Kist uyt te drukken in 't oude Testament vvordt gebruikt, vertalen, hebben somtyds een vvordt, dat een beurse* (γλωασόκομον,) *maer menstentyd een vvoordt, dat een arke,* (κιβωτὸν) *dat is, een Kist, betekent. Dit vvordt dan seer bequamelyk een Schat-bevvaerder, dat is, schatkist genoemt.* In atrio mulierum autem dispositas fuisse arculas has, antea ad Cap. I. annotavimus.

Incolæ urbium.] Si cœtus aliquis, collectos extra Hierosolymas, siclos, certis hominibus perferendos dederit, qui vel furtô ablati fuerint, vel inter vias perierint, tempus illud potissimùm observari vult Mischna nostra, ex quo amissi sint. Ut autem tota res pleniùs intelligatur, ante omnia exponendum erit, quid hæc verba נתרמה תרומה sibi velint, quod omnium optimè *è Maimonide* addiscemus, è cujus commentario in Mischnam sequentia adducimus: כל מקום שתשמע נתרמה תרומה ענינו שלקחו מן השקלים קצת והוציאוהו להסתפק בקרבונות ולא נתרמה תרומה ענינו שהשקלים המכונסין לא הוציאו מהם דבר; *Quotiescunq; verba hæc* נתרמה תרומה *audiveris, scito sensum eorum hunc esse, quòd certam siclorum summam* (in certo conclavi asservatorum) *quantùm ad coëmenda sacrificia opus esse judicabant, depromserint; è contrario autem* לא נתרמה תרומה *idem significare, ac è collectis siclis nihil prorsùs ablatum esse.* In expositione verborum Mischnicorum simpliciter נתרמה תרומה reddidi, *post factam separationem*, seu ablationem argenti scilicet è conclavi, cùm ad evitandam prolixiorem circumscriptionem commodissimè sic ea verti posse crederem. Mischnæ enim nostræ mens hæc est: Postquàm in provinciâ siclum colligendi tempus, mensis puta Adar, advenisset, iis, qui longe abfuissent, & tum nondum dependissent,

tantum indulgebatur, ut Hierosolymas quantocyus remitterent, idq; ante, quàm arcæ majores, quibus repræsentati jam sicli, certô Sanctuarii conclavi (*Maimonide* quidem ita exponente) asservabantur, recluderentur, tantumque inde pecuniæ depromeretur, quantum ad Sacros usus opus esse judicabant, quod ter quotannis fieri consueverat, quindecim diebus puta ante Pascha, Pentecosten, & festum Tabernaculorum. Ea igitur siclorum summa, per latores, à Nummulariis, Hierosolymas missa, si ante illud tempus, quô cistæ illæ aperirentur, in via periisset, sacramentô rogabantur latores ab eo cœtu, à quo missi erant, numquid solâ incuriâ hanc jacturam fecissent, an fraude, an raptorum vi? cùmque nihil insidiosum, aut, fallax agnitum esset, is ipse cœtus, qui perferendos nummos latori commiserat, præstare damnum tenebatur. Ex quo verò tempore arcæ illæ reseratæ jam erant, cùm à nummis destitutus lator ad Thesaurarios pervenisset, juratusque iis confirmasset, nullô suô vitiô damnum hoc fecisse, de pecunia cœtus ille non appellabatur amplius. Vid. *Raschium ad Bav. Mez. pag 58. & Chetubot p. 108.* Operæ autem pretium erit *Maimonidis* etiam verba hîc annectere, imprimis in rem nostram facientia, quæ è *Cap. III. Hilch. Schecal. petimus*: בני העיר ששלחו את שקליהם ביד שליח ונגנבו או אבדו אם שומר חנם הוא הריזה נשבע להם ונפטר כדין כל שומרי חנם והן חוזרין ונותנין שקליהן פעם שנייה. *Si Urbani*, (seu cœtus quidam in urbe degens) *siclos suos per latorem quendā Hierosolymas miserunt, ii ipsi autem vel furtô ablati sunt, vel deperditi, &* (lator) *gratis perferendi onus in se suscepit, jurare cogitur cœtui illi, & à restitutione liberatur, ad exemplum aliorum omnium, qui gratis rem aliquam custodiunt, & ita alterâ vice siclum pendere tenentur urbani.* Et lineolis aliquod interjectis: שלחו את שקליהן ביד שומר שכר שהרי הוא חייב בגניבה ואבידה ואברו ממנו באוכס כגון שלקחום לסטים מזויינים שהוא פטור רואין אם אחר שנתרמה התרומה נאנס. נשבע השליח לגזברים ובני העיר פטורין שהתורם תורם על הגבוי ועל העתיד לגבות וברשות הקדש הן. ובני העיר מה היה להן לעשות הרי לא מסרו אלא לשומר שכר שהוא חייב בגניבה ואבידה אבל האנס אינו מצוי ואם אברו קודם שנתרמה התרומה עדיין ברשות בני העיר הם והשליח נשבע לפני אנשי העיר והן משלימין: *Si autem siclos suos per aliquem mercede ad id conductum transmiserunt, (qui, si quid deperditum vel furto ablatum est, Lege restitutionis tenetur) & per vim eos amisit, Lator v. g. cùm armati latrones è manibus ejus concreditum ei extorserunt, (quo in casu liber*

ber eſt,) *id inprimis diſpiciunt , an poſt factam ſeparationem is coactus fuerit? tum enim Theſaurariis juramentum præſtat, & ita urbani à reſtituendo liberantur, quia is, cui tollendi pecuniam è conclavi data poteſtas, eam tollit & illorum nomine, qui ſiclos ſuos jam dederunt, & eorum qui, cùm nondum dederunt, daturi tamen ſunt in poſterum, nummiq; jam in poteſtate fiſci ſacri cenſentur. Urbanis enim quid erat faciendum? Homini quippe mercede conducto, ſiclos offerendos concrediderunt, qui deperditum & furtò ablatum reſtituere tenetur, nec adeò facilè contingit, ut vim quis pati cogatur. Quod ſi autem ante ſeparationem factam amiſſi ſunt ſicli, in poteſtate urbanorum adhuc cenſentur, qui juramentò à Latore præſtitò damnum penſare tenebantur.* Non itaque extra noxam ſtatim lator erat, qui ſiclos amiſerat: ſed tum demum , quando per vim è manibus ejus extorti fuerant, v. g. ſi infida prædonum manus ſtrictò gladiò mortem ei intentaverit, niſi abſque mora argentum ſibi traderet, aut, ſi navi fractâ ſubmerſi fuerint ſicli latore invitò. Eæ enim demum actiones crimini dari debent, quæ, ut impedirentur, in noſtra poteſtate erant, viresque noſtras non exceſſerant.

Theſaurariis.] Officium eorum Maimon infra Cap. V. ita deſcribit : כבר מלאו אזניך כי גזברים הם נקראים אותן האנשים הממונין על המקדש והם מתעסקין בממון ההקדש ובכל ההקדשות. *Jam ante ad aures tuas ſæpius pervenit, quod Theſaurarii vocentur Viri illi, Sanctuario præpoſiti, qui occupati ſunt in pecunia Deo ſacra, omnibusq; rebus ei ſanctis & devotis.* Erat autem præterea & officii eorum pars hæc una, ut honoris cauſſâ cum aliis præſulibus obviam iis irent, qui primitias ſuas Hieroſolymas perferebant, qua de re prolixè vid. *Maſ. Biccurim Cap. III. §. 3.*

Concivibus.] Invitis etiam urbanis ipſis, qui juramentum latoribus ſuis deferri nolebant, vindictam in ſe Divinam per juramentum invocare cogebantur, ut è *Maimonide* etiam docemur. אם אמרו אנשי העיר הואיל ואנו משלימין שקלינו אין רצונינו שישבע השליח שהוא נאמן לנו אין שומעין להן לפי שתקנת חכמים היא שאין הקדש יוצא בלא שבוע : *Si dixerint urbani , quoniam nos ſiclos noſtros rependimus , nolumus, ut lator, qui fidem ſuam nobis probavit, juret, ſurdas eis dant aures, quia à Sapientibus noſtris ſic conſtitutum eſt, ut nulla res ſacra* (ſi amiſſa vel perdita fuerit,) *ſine juramento conficiatur.* Hinc etiam , ne facilè ſuſpicio in Urbanos transferri poſſet , ac ſi latores ſuos à juramento liberaſſent, *coram Theſaurariis eos Urbanis juraſſe* Gemara ait : נשבעין לבני העיר במעמד גזברין כי היכי דלא נקשריהו

נחשדיהו אי נמי דלא נשוו להו פושעים :, *ne sinistrè de iis suspicentur, aut etiam, ne æquentur iis prævaricantes.*

Hos & illos unà offerunt.] Cùm *Maimonidem* hactenus secuti maximam partem simus, ejus quoque verba hic apponere à re nostra alienum non erit. Ait autem: נשבע וגבו שקלים שנית ואחר כך החזירום הליסטים אילו ואילו שוקלים ואין עולין להם לשנה אחרת והשניים יפלו לשקלי שנה שעברה : *Si jam lator juravit, & alterâ vice sicli collecti sunt, posteà autem prædones ipsi ablatos siclos reddiderunt, hos & illos unà offerunt, nec tamen ideò annô sequente concives à siclo liberi sunt. Posteriores autem sicli conjiciuntur ad siclos anni præteriti.* Idem quoque Gemara sentit, dum ראשונים היו נופלין לתיקלין חדתין ושניים לתקלין עתיקין *priores siclos conjectos fuisse, ait, ad siclos novos, secundos autem ad siclos antiquos, seu anni præteriti.* Quinam veró vel priores. vel posteriores sicli fuerint, non benè inter omnes convenit, cum *Gemara* ipsa *Maimonide* etiam nostrô addocente: *Arbitrabatur enim nonnemo, siclos priores, qui conjiciebantur ad siclos anni præsentis, fuiße siclos illos, qui vel furtô, vel per vim primùm ablati, aut deperditi, tandem redditi sunt: Alii autem credebant siclos priores illos esse, qui primò omnium ad Thesaurariorum manus pervenerunt.* יש מי שאמר שהשקלים הראשונים שיפלו לשקלי השנה הם השקלים שנגנבו בתחילה ואברו או נאנסו וחזרו ויש מי שאמר שהשקלים הראשונים הן שהגיעו ליד הגזיבר תחילה :

Nec ideò annô sequente dominorum suorum debito satisfaciunt.] Seu, non ejus caussâ annô vertente liberabantur concives, ut siclum pendere non debuerint. Et ita quidem Rabbini hanc phrasin אין עולין להן exponunt, dum ajunt צריכין לשקול לשנה הבאה *Tenebantur nihilominus annô sequente siclum dare.* Videatur & *Raschi ad Cap. I. Mass. Sebachim Misch. I. §. 1.*

ב

חנותן שקלו לחבירו לשקול על ידו ושקלו על ידי עצמו אם נתרמה תרומה מעל

II.

Qui siclum suum sodali suo dat pro se offerendum, is autem eundem pro seipso offert, si jam conclave reclusum est

השוקל ממעורת הקדש אם נתרמה תרומה וקרבה הבהמ׳ מעל׃ מדמי מעשר שני ומדמי שביעי׳ יאכל כנגדן׃

est, prævaricatus est. Qui siclum suum è pecunia Deo sacra offert, si jam conclave reclusum est, & jumentum oblatum, prævaricatus est. Qui siclum è pecunia decimarum secundarum, vel Scheviit offert, comedet eorum locô Hierosolymis.

ANNOTATA.

Qui siclum suum sodali suo dat.] Siquis vel negotiis aliis circumseptus, vel infirmitate corporis impeditus, Amico cuidam, siclum, sui locô offerendum, commisisset, ex metu autem oppignerationis concreditum alter fidei suæ siclum Nummulariis exsolvisset pro seipso, eô quidem tempore, quô conclave reclusum jam erat, perfidiam hanc oblatione expiare tenebatur. Benè enim Maimon Cap. VI. Hilch. Meila, *perfidè eum ideò egisse*, ait, שהתורם תורם על העתיד להגבות כמו שבארנו בשקלים וכאלו הגיע שקל זה ללשכה *quia is, cui pecuniam è conclavi tollendi data est potestas, eam tollit illorum etiam nomine, qui siclum suum daturi adhuc sunt in posterum, (ut in Hilch. Schekal. exposuisse se inquit,) idemq; hic siclus censetur, ac si in conclave jam pervenisset.* Conf. eund. in Hilch. Schek. Cap. III. Conclavi autem nondum reclusô ab offerendo quidem sacrificio liberabatur, qui in suos usus concreditum sibi siclum transtulerat, restituere tamen sodali suo siclum tenebatur, quem antea ab eo acceperat. Mirum autem est, ob fraudem hanc, Nummulariis duram sat pœnam non dedisse eos, qui, remotâ omni honestate ac pudore, in aliorum rem familiarem & commodum, tam temerè, & datâ operâ involaverant. Parum enim certè abest, quin furtum admisisse videantur, qui aliorum ære, fidei suæ commissô, pœnam oppignerationis clam effugere allaborabant. Ii ipsi verò, ut hæc obiter addam, qui alteri apertè siclum furati sunt, debitô quidem suô se liberabant, si Nummulariis eum exsolverant. furti tamen convicti, ad duplum rependendum damnabantur, conclavi, ut sæpius dixi, nondum reseratô, aut ad quintuplum prorsùs, si jam pecunia è conclavi ablata fuisset, cùm hæc à Magistris lata sit lex, ut res sacra, si furtô auferatur, tota compensari, additâ parte quintâ, debeat. Maimonidis autem hac de re verba hæc sunt: וכן הגוזל או הגונב חצי שקל ושקלו יצא והוא חייב לשלם לבעלים שנים או להוסיף חמש׃ *Qui siclum ab alio rapit vel furatur, eumq; pro se offert, satisfecit qui-*

dem

dem officio ſuo, at tenetur duplum rependere, aut quintuplum ſuperaddere.

Prævaricatus eſt.] Oblationem, nempe, pro prævaricatione debebat, ut doctiſſimus *Maimon ad Cap. I. Meila* exponit: אינו צריך לבאר לך שכל מקום שאומר מועלין כונתו שנהנה מאותו דבר חייב קרבן מעילה ובכל מקום שאומרים אין מועלין כונתו שנהנה ממנו ואפילו יותר משוה פרוטה אינו חייב קרבן מעילה ובכל מקום שנאמר לא נהנין ולא מועלין ענינו שאינו מותר ליהנות להדיוט ונהנה אין חייב קרבן מעילה. Quæ ipſa cùm jam olim latinitate donarit *Cl. Seringhamius in Joma pag. 124*, laude eum ſuâ non fraudabimus, verſione ejus uſuri. Ait itaque: *Non opus eſt explicare, quòd quocunq; locô dicunt,* מועלין, *intentio eorum eſt, quòd quisquis lucrum capit ex ea re, tenetur oblationem transgreſſionis perſolvere; & quocunq; locô dicunt,* אין מועלין *intentio eorum eſt, quòd quisquis lucrum capit ex ea re, tametſi plus ſit, quàm quantum æquivalet pruta, non tenetur oblationem transgreſſionis perſolvere: & quocunq; loco dicitur,* לא נהנין ולא מועלין, *ſenſus ejus eſt, laico non licere, ut ex ea re lucrum capiat: Si tamen lucrum capiat, oblationem transgreſſionis perſolvere non teneri.*

Qui ſiclum ſuum è pecunia Deo ſacra offert.] Si forſan accidiſſet, ut quis ſiclum ſuum Nummulariis obtuliſſet, è pecunia, ad reficiendam labem domus, devotâ, quam profanam eſſe opinabatur, oblationem pro prævaricatione debebat ab eo tempore, quô argentum è conclavi depromtum eſt, & coemtum, ex iis nummis, jumentum in ſacrificio jam oblatum fuit.

Comedet eorum locô.] Decimarum ſecundarum hæc erat ratio, ut aut ipſæ Hieroſolymis comederentur, aut, iis venundatis, nummi Hieroſolymas afferrentur, è quibus epulum inſtruerent, ad quod Levitas & Sacerdotes in atrio templi, invitarent, quod expreſſè in Lege ſancitur Deut. 14, 23. Hinc & *Maimon Hilch Maas. ſchne Cap. III. Decimæ ſecundæ non dabantur, inquit,* מעשר שני ניתן לאכילה ושתיה שנאמ׳ ואכלת לפני יי׳ אלהיך וסיכה כשתיה ואסור להוציאו בשאר צרכיו כגון ליקח בו כלים ובגדים ועבדים שנאמר לא נתתי ממנו למת כלומר לא הוצאתי אותו בדבר שאינו מקיים את הגוף, *niſi ad eſum & potum, ſicut dicitur: Et comedes coram Domino Deo tuo. Et unctio eſt ſicut potus. Prohibitum autem eſt impendere eas ad alias neceſſitates ſuas, v.g. ad vaſa, vel veſtes, vel ſervos ex iis*

iis coemendos, quià dicitur : Non dedi ex iis pro mortuo. Deut XXVI. 14. i. e. non insumsi nummos illos ulla in re, quæ corpus non reficeret. Ideò etiam, qui extra septa Templi iis vescebatur, vapulabat, eodem *Maimonide* annotante : כל האוכל כזית מעשר שני או כשותה ממנו רביעית יין חוץ לחומות ירושלים לוקה *Quicunq; è decimis secundu vel ad olivæ magnitudinem comedit, aut quadrantem vini ex iis bibit, extra Hierosolymas, vapulat.*

ג

המכנים מעות ואמר הרי אלו לשקלי ב״ש אומר מיתר נדבה וב״ה אומר מותר חולין שא שאביא מהן לשקל שוין שמ שמותר חולין אלו לחטאת שוין שמותר נדבה שאביא מהן לחטאת שוין שהמותר חולין :

III.

QUi nummos colligit, & ait: Ecce hos ad siclum meum! residuum eorum in munus voluntarium cadere, discipuli Schamai inquiunt; ècontra autem discipuli R. Hillelis ajunt, id profanum esse. Siquis inquit : Offeram ex his siclum, consentiunt, residuum eorum profanum esse. Si dicit : Hi nummi ad sacrificium pro peccato pertinent, consentiunt, residuum eorum in munus voluntarium cadere. Si autem inquit : Offeram ex his sacrificium pro peccato, consentiunt, residuum eorum profanum esse.

ANNOTATA.

Qui nummos colligit.] Audiamus hac de re Maimonidem Hilch. Schek. Cap. III. ita loquentem : הלוקח מעות בידו ואמר אלו לשקליו או שהיה מלקט מעה מעה או פרוטה פרוטה וכשהתחיל ללקט אמר הריני מלקט מעות לשקלי אפילו לקט מלא כיס נותן מהן חצי שקל שהוא חייב בו והשאר חולין שמותר השקלים חולין : *Qui sumit nummos in manus suas, & ait : Hi pertinent ad siclos ; aut, qui obolum vel teruncium colligit unum post alterum, & dum incipit colligere, inquit : Ecce, ego colligo nummos ad siclum meum! etiamsi integrum colligeret marsupium, dat ex illo semisiclum suum, quem debet, & id, quod remanet,*

manet, profanum eſt: Siclorum enim reſiduum profanum eſt. Diſquiſitum nempe hic erat, quid factô opus fuerit, ſiquis incertam nummorum ſummam, manu comprehenſam, ad penſitationem ſicli ſui devoviſſet, aut longâ manu unciatim nummos collegiſſet, ut leviori operâ ſiclum ſuum exſolveret; præter ſpem autem adeò argentum excreviſſet, ut plùs, quàm ad penſitationem ſicli requirebatur, collegerit? In varias autem hìc itum eſt ſententias; nolebant enim discipuli Schamaí reſiduum illud aliam in rem converti, quàm in munus voluntarium, diſſentientientibus ab iis R. Hillelis discipulis, qui id profanum eſſe, ſeu ad omnes alias res, civiles & forenſes, adhiberi poſſe credebant. Digna autem annotatu & *Gemaræ* noſtræ verba ſunt, ad utriusque adverſæ partis mentem hoc meliùs intelligendam. Ita verò illa: במה פליגין במכנים פרוטרוט אבל באומר אילו לשקלי כל עמא מודיי שהמותר נדבה. *In quo discrepant, ſeu, qua in re diſſentiunt invicem? De eo, qui nummos unciatim colligit; de eo autem, qui ait, En! hi nummi ſint pro ſiclo meo, omnes fatentur, reſiduum in munus voluntarium cadere.*

Reſiduum eorum.] Quamvis expoſitione hebraicum vocabulum מותר non indigeat, Maimonidis tamen verba annectere, Tironum gratiâ placuit, ne diverſæ radices יתר & נתר, ſeu מוּתָר cum מִתַּר hîc confunderentur. Ait autem *Maimon ad Mischnam,* מוּתָר: מותרן כלומר שהותירו על השקל *ſignificare id, quod ultra ſiclum remanet.*

In munus voluntarium cadere.] Verborum horum יפלו לנרבה ſenſum, Viros doctiſſimos, *L'empereur* & *Seringhamium*, jamdudum obſervaſſe è Maimonide videmus, qui & h. l. ait: שיקריב מהם עולה נדבה, *idem* τῷ יפלו לנדבה *eſſe, ac holocauſtum pro munere voluntario offerre.* Vid. & Bartenoram.

Si quis dicit: Offeram ex his ſiclum.] Perinde enim eſt, ac ſi explicitè dixiſſet, ſe ex his nummis ultra requiſitum ſiclum non oblaturum: ſed reliquum ex iis in proprios uſus translaturum eſſe, quôcunque etiam id fiat, vel tempore, vel modô. Vid. *Bartenoram.*

Conſentiunt.] Varias verbum שוה admittit ſignificationes. Hinc לי אין שוה, *non probatur mihi, non ſum ejusdem opinionis*; שוין, *æquales ſunt ſententiis*, ſeu, *ſummus eſt inter eos conſenſus*, aut, ut *Gemara* verbis utar, כל עמא מודיי, *omnis populus in univerſum confitetur, rem ita ſe habere.*

ד IV.

א״ר שמעון מה בין שקלים
לחטאת לשקלים יש להם
קיצבה לחטאת אין להן קיצבה
ר׳ יהודה אומר אף לשקלים
אין להם קיצבה דכשעלו
ישראל מן הגולה היו שוקלין
דרכונות חזרו לשקול סלעים
חזרו לשקול טבעים ובקשו
לשקול דינרים אר״שבל אעפ״י
כן יד כולן שוה אבל חטאת
זה מביא בסלע זה מביא ב
בשתים וזה מביא בשלשה :

R. Simeon ait, quid interest inter ſiclos, & ſacrificium pro peccato? Siclis termini poſiti ſunt, non autem ſacrificio illi. R. Jehuda ait, nec ſiclis limites poſitos eſſe; cùm enim Iſraëlitæ è captivitate veniſſent, locô ſicli ſui Darbonot offerebant, dein Selaim, tum Thabaim, & volebant tandem ſicli locô offerre Dinarim. R. S. F. L. ait, utut ſit, manus omnium æqualis erat; ſacrificium autem pro peccato hic offerebat pro uno Sela, alter pro duobus, tertius pro tribus.

ANNOTATA.

Siclis termini poſiti ſunt.] Non licebat enim unicuique, ſicli locô, tantum argenti expendere, quantum animo ejus lubuerat: ſed certis id ipſum circumſcribebatur, Divinô mandatô, limitibus, ut ne pauper minueret, divesque multiplicaret, adeoque certum quantum in univerſum ſingulis determinatè definitum erat, cujus rei ratio non eadem fuerat in ſacrificio pro peccato, cùm unicuique tantum offerre integrum fuerit, quantum ipſe voluerit.

Darbonot offerebant.] Factum id eſt poſt captivitatem, cùm durô exiliô liberarentur. Tum temporis enim moneta uſualis erat Darbon, cujus dimidium pro ſemiſiclo ſuo quisq; pendebat, Rabbinis annotantibus : היו נותנין חצי דרכון כמו שבזמן בית ראשון שהיה מטבע שלהם שקל היו נותנין מחצי שקל, *Dederunt dimidium Darbon, ſicut tempore domus primæ, quô moneta eorum ſiclus erat, dimidium ſiclum dederunt.*

Thabaim.] Arbitrabatur R. Jehuda nec ipsis siclis certum quantum definitum fuisse, ideò, quòd diversis temporibus, varii valoris, & pretii monetam, tum alibi, tum in pensitatione sicli, usurparint. Consuevisse enim interdum eos monetâ Persicâ uti, seu Darbon, modò Selaim, modòque Thabaim. Cùm autem ab initio jam dictum fuerit, quid Darbon, cujusque sit valoris, & hîc vel verbô exponendum erit pretium τῶν Thabaim. Erat autem illud פלגות סלעין dimidium unius Selæ, *Gemaræ* testimonio, quam vide.

Dinarim.] Denarios, τῶν Thabaim nempe dimidium, seu quartam sicli partem, præter Divinum mandatum, pro annuo tributo, exsolvere volebant; renitentibus tamen Nummulariis conatus eorum reprimebatur. Gemaram autem consulentibus caussa insimul patebit, cur denariô quidem satisfactum esse nequaquam crediderint. Ait enim בקשו לשקול דינרא קורטין ולא קבלו מהן מהדא והעמדנו עלינו מצות לתת עלינו שלישית השקל בשנה לעבודת בית אלהינו. *Voluerunt pro semisiclo suo offerre denarium Kortin; Nummularii autem non acceperunt eum ab eis, quia scriptum est Neh. X. 32. Et statuemus super nos præcepta, ut imponatur nobis tertia pars sicli in anno, ad opus domus Dei nostri.* Quibus Judæorum placita sequi animus est, assertum ibunt, Nehemiæ tempore sicli pretium amplificatum esse accessione aliquot gerarum. Insolens enim iis non erat, siclorum pretium augere, ut è *Tosephot ad Mass. Bechor. p. 5.* aliisque quamplurimis, videri poterit. Tertiam igitur sicli partem, Nehemiæ ævô, dimidium siclum Legis, seu decem gera, æquasse vult *Nachmanides*, Parschâ כי תשא. Hæc enim ille: ואמר שלישית השקל כי בימי עזרא הוסיפו עליהם והיה שלישית השקל עשר גרה. *Ait autem tertiam partem sicli eis impositam, quia Esdræ tempore pretium sicli auctum est, & tertia ejus pars decem gera continuit.* Infra id pretium verò cùm descenderint postea, minoresque etiam τῶν Thabaim (quô monetæ genere utebantur, valore duorum denariorum) in res sacras facere impensas voluerint, denariosque, seu quartam tantùm sicli sacri partem pariter offerre, Nummularios eosdem accipere detrectasse, dicendum erit; nisi tamen Nehemiæ verba promtitudinem potiùs populi indicarint, quòd nempe super ordinariam annuam pensionem unius sicli sacri, additurus se tertiam ejus partem decreverint, quò *Abenezræ in Neh.* verba hæc ducunt: שלישית השקל נוסף על מחצית השקל לצורך הענינים הנזכרים *Tertia pars sicli addita est super dimidium siclum, ad necessitatem rerum, quarum in versu ibi mentio facta est*; &, quem sequitur, *Vatablus*, cum

Com-

Comentatoribus non paucis; quæ ſi ſententia obtinet, cauſſæ nihil fuiſſe videtur, cur, quæ conferre populus, in patriam redux, altô rurſus otiô fruens, amore boni communis, & avitæ religionis, conſtituerat, acceptare Nummularii noluiſſent. Neque enim boni adeò arctè definitus modus eſt, ut eum egredi, & extendere nec neceſſitas queat, quæ tum quidem temporis ampliores impenſas exædificando templo depoſcebat. De cœtero id etiam annotandum eſt, Talmud Babylonicum Amſtel. legere *Kontin*; malè tamen, ut videtur: Præter Talmud Hieroſol. enim *Aruch* etiam conſtanter legit קורטין in rad. טבע & דינר. Erant autem Dinarim Kortin, *Muſſaph Aruch* exponente, *denarii, ſeu quadrantes* פירוש בלשון רומיי דינרין שהם רביעית, quô modô & notulæ in Talmud Hieroſolym. rem exponunt, dum ajunt קורטין פירוש רביעית שקורין קוארטי בלעז. *Kortin ſignificare quadrantem, quem Latini quartum vocant.* An autem eadem vocis ſignificatio *in Maſſ. Bav. Mez. Cap. IV.* ab initio occurrat, ut doctiſſimo *Buxtorfio* videtur, affirmare quidem non audeo. Notulæ enim in Talmud Hieroſol. illud קרט per גרגיר, ſeu *grana*, exponunt. Lubens tamen me corrigam, ſi certiora è Rabbinis habuero.

Manus omnium æqualis erat.] Nemo ſcilicet alterô, qui eodem unà tempore vivebant, plus locô ſicli ſui offerebat: ſed idem & æquale, in exſolvendo ſiclo, quantum ſervabant ſinguli, quod transgredi, vel in quo deficere, licebat nemini, idq; ipſum *Maimon* annotavit, dum ait: בזמן שהיו נותנין סלעין סלע סלע היה נותן כל אחד ואחד ולא היה נותן אחד סלע ואחר פחות וא׳ יותר. *Eô tempore, quô Selaim exſolvebant, quilibet Sela dedit, nec hic Sela obtulit, alter minùs, plùs tertius.* Id autem hîc unà notetur, licuiſſe Judæis, ſeu toti cœtui, è Magiſtrorum quidem ſtatutis, nunquam non locô ſemiſicli, vel ponderis decem gerarum, plus offerre, quàm Deus præceperat, minus autem nunquam, qua de re cum cœteris videatur *Nachmanides* in Parſcha כי תשא.

ה

מותר שקלים חולין מותר עשירית האיפה חולין מותר קיני זבין קיני זבות וקיני יול‍ ‍ידות וחטאות ואשמות זה הכלל כל שבא משום חטאות

V.

RESiduum ſiclorum profanum eſt, ut & reſiduum decimæ Epha, reſiduum turturum, fluxu laborantium virorum, & fœminarum, puerperarum, ſacrificiorum pro peccato

ומשום אשמות מותריהן
נדבה מותר עולה לעולה
מותר מנחה למנחה מותר
שלמים לשלמים מותר פסח
לשלמים מותר נזירים
לנזירים מותר נזיר לנדבה
מותר עניים לעניים מותר
עוני לאותו עני מותר שבוים
לשבוים מותר שבוי לאותו
שבוי מותר המתים למתים
מותר המת ליורשיו ר' מאיר
אומר מותר המת יהא מונח
עד שיבא אליהו ר' נתן אומר
מותר המת בונין לו נפש על
קברו.

peccato, & reatu. Hæc est regula generalis : Omne, quod propter sacrificium pro reatu & peccato venit, reliquum ejus in oblationem spontaneam cedit. Residuum holocausti ad holocaustum adhibetur; oblationis vespertinæ ad oblationem vespertinam; sacrificiorum pacificorum ad sacrificium pacificum; residuum Paschatis ad sacrificium pacificum, Nasiræorum ad Nasiræos, residuum hujus Nasiræi ad oblationem spontaneam, pauperum ad pauperes, hujus pauperis, ad usum hujus pauperis, captivorum ad usum captivorum, hujus captivi ad comodum hujus captivi, mortuorũ ad mortuos, hujus mortui ad hæredes suos. R. Meir ait, residuum mortui ad Eliæ adventum reponi debere. R. Natan inquit, è residuo mortui monumentum sepulchrale ei exstrui.

ANNOTATA.

Residuum decimæ Epha.] Lege Divinâ cautum erat, ut, siquis ullam rem immundam tetigisset, vel inconsideratis jurasset verbis, piaculum pro culpa illa Jovæ duceret ovem, aut, si res familiaris non concessisset, duos turtures; sin nec id tamen, decimam partem siliginis Epha, Levit. V. 11. Si quis igitur nummos, ad hanc rem necessarios, pedetentim collegisset, quorum summa requisitum numerum excesserat, residuum eorum in oblationem spontaneam adhibebatur. In eo igitur editionem *Amstelod.* non sequimur, dum legit: מותר עשירית האיפה חולין. autoritate *quatuor exemplorum Mischnicorum*, veriorem lectionem arbitrati, מותר עשירית האיפה מותריהן נדבה

נדבה, idque ipſum Maimon etiam ad Miſchnam confirmat his verbis; כשהפריש מעות לקנות עשירית האיפה או לשתי תורים ובני יונה שנתחייבו הזבים הזבות והיולדות או לקנות חטאת לאשם ונשאר מהם מותר אותו המותר קונין בו עולת נדבה, *Siquis nummos colligit ad coëmendum ſacrificium pro peccato, aut decimam partem Epha, aut duos tur tures, & columbas, quas fluxu laborantes viri, & fæminæ, & puerperæ debent, & aliquid ex iis nummis remanet, è reſiduo eorum comparant oblationem ſpontaneam.*

Reſiduum holocauſti ad holocauſtum.] Par hîc militat ratio. E collectis enim ad holocauſtum nummis, ſi quid remanſerat, aliud holocauſtum coëmerant.

Naſiræorum.] Collectos à Naſiræis ad ſacrificia nummos, ſi qui ex iis remanſiſſent, ad alia eorum ſacrificia ceſſiſſe eis, ajunt, qua de re pluribus videatur *Maimon in Jad chaſ. Hilch. Neſirot, Cap. IX.*

Pauperum ad pauperes.] Reſiduum nummorum, quos ad obtegendam corporis nuditatem, quâ egenus quidam premebatur, collegerant, eidem pauperi diſtribuebant, quô inſtitutó in aliis etiam caſibus utebantur, utpote, ſi ad liberandos à vinculis captivos, aut ad efferendos mortuos, certam pecuniæ ſummam collegiſſent, cujus reſiduum in uſum aliorum mortuorum, vel captivorum, reſervabant. Nihil autem impediebat, quò minùs neceſſitate flagitante reſiduum illud ad alia etiam impendere licuerit. *Vid. Maimon. ad Miſchnam.*

Mortui ad hæredes ſuos] In diverſa hîc abeunt Rabbini, nec facilè habent quid ſtatuendum ſit, ſi quis ſiclum ſuum collegiſſet, & mortem tum obiiſſet? Inter alia enim *Gemara* docet ר׳ יוחנן אמר יוליכם לים המלח ; ר׳ אליעזר אמר יפלו לנדבה *R. Jochanan arbitrari, in mare ſalſum eos projiciendos eſſe; R. Elieſarem verò, eos in ſpontaneam cedere oblationem,* & poſteriori quidem ſententiæ maxima eorum pars ſuffragatur.

פרק ג — CAPUT III.

משנה א׳ — MISCHNA I.

בשלשה פרקים בשנה תורמין
את הלשכה בפרום הפסח
בפרום העצרת בפרום החג

TEr quotannis reſerant conclave, ad dimidium Paſchatis, Pentecoſtes, & feſti Taberculo-

הן גרונות למעשר בהמה
דברי ר׳ עקיבה בן עזאי או
אומר בכ״ט באחר ואחר בסיון
ובכ״ט באב ר״א ור״ש אומרים
באחר בניסן באחר בסיון וג
ובעשרי׳ ותשעה באלול מפני
מה אמרו בכ״ט באלול ולא
אמרו באחר בתשרי מפני ש
שהוא יום טוב וא״א לעשר
ביום טוב לפיכך הקדימוהו
לכ״ט באלול ׃

naculorum. Hæc tempora quasi horrea sunt decimis bestiarum, juxta verba R. Akibæ. F. Asai opinatur XXIX Adar, I Sivan, & XXIX τοῦ Ab iis dictum esse. R. Eliefer & R. Simeon ajunt, I Sivan, I Nisan, & XXIX Elul. Eccur verò nominant XXIX Elul, & non potiùs I Tisri? Quia festus dies est, quô ipsô decimare non licet, & ob id præmiserunt ei XXIX Elul.

ANNOTATA.

Ter.] Perek aliàs caput, geniculum, membrum denotat; speciali tamen hîc significatione temporum vices, certumque in anno terminum. E multis autem exemplis unum saltem annotabimus. *Bresch. rabba parsch. LXI.* R. Akibæ discipulos, quos duodecim mille fuisse ajunt, בפרק אי׳ מתו *unô certô tempore insimul mortuos esse*, recenset, inter Pascha nimirum & Pentecosten, ut *Midr. Cohel.* exponit *p. 114.* Vin' plura? En! *Mass. Taanit p. 26. 1. Rosch haschana p. 16. 1. & Succa p. 55. 1.*

Reserant conclave.] Quibus ritibus id factum fuerit, ostendendum jam erit. Maimonidem itaque in medium producemus, ut unô intuitu tota res innotescat, cujus prolixiora verba hîc adscribere non pigebit. Ita verò ille *Cap. II. Hilch. Schekal.* בכל מדינה ומדינה כשגובין השקלים משלחין אותן ביד שלוחים למקדש ויש להם לצרף אותן בדינרי זהב מפני משאוי הדרך והכל מתקבצין שם למקדש ומניחין אותן בלשכה אחת מן הלשכות במקדש וסוגרין כל דלתותיה במפתחות וחותמין עליה חותמות וממלאין מכל השקלים שיקצבו שם שלש קופות גדולות שיעור כל קופה כדי שתכיל תשעה סאין והשאר מניחין אותה בלשכה וזה שבתוך הקופות הוא הנקרא תרומת הלשכה

וזה

וזה שישאר שם יותר על מה שיש בקופות הוא הנקרא שירי הלשכה:
בשלשה פרקים בשנה תורמין את הלשכה בראש חדש ניסן ובראש
חדש תשרי קודם יום טוב או אחריו וקודם עצרת בחמישה עשר
יום וכיצד תורמין אותה אחד נכנס לפנים מן הלשכה והשומרין
עומדין בחוץ והוא אומר להם אתרום והן אומרין לו תרום תרום
תרום ג׳ פעמים ואחר כך ממלא שלש קופות קטנות כל קופה מהן
מכילה שלש סאין מאותן שלש קופות הגדולות ומוציאין לחוץ כדי
להסתפק מהן עד שיכלו וחוזר וממלא אותן השלש קופות הקטנות
מן שלש גדולות פעם שנייה קודם עצרת ומסתפקין מהן עד שיכלו
וחוזר וממלא אותן פעם שלישית מן השלש קופות הגדולות בתשרי
ומסתפקין מהן עד שיכלו עד ראש חדש ניסן ובראש חדש ניסן
תורמין מתרומה חדשה לא הספיקו להן השקלין שבשלש
קופות הגדולות וכלו עד שלא הגיע ניסן חוזרין ותורמין משירי הלשכה.

Omnes ſicli, qui in quavis provincia collecti antea, &, ut Hieroſolymas per certos latores perferrentur, ob onus viæ in aureos commutati ſunt, in Sanctuarium conjiciebantur, certô quodam in conclavi reconditi, omnibus ejus(MS Oxonienſe legit שתי, duabus) *foribus probè communitis, & per claves occluſis, quibus certum inſuper ſigillum ſubimprimebant. Adimplebantur autem è ſiclis iſtis, quos ibi congeſſerant, tres magnæ arcæ, tantæ quidem capacitatis, ut qualibet earum novem ſata continuerit, reliquô, quod magnitudinem arcæ exceſſerat, in conclavi illo relictô. Ea igitur pecuniæ ſumma, quam tres arcæ iſtæ ferebant,* תרומת הלשכה *dicebatur; altera autem illa, quam, ob copiam, arcæ capere nō poterant,* שירי הלשכה*. Ter autē quotannis, certô tempore, nummos è conclavi tollebant, principiô puta menſis Niſan; primo die Tiſri, vel ante vel poſt feſtum diem; & ante Pentecoſtem die decimô quintô. Quomodò autem id factum eſt? Conclave quis ingreſſus, conſtitutis ante limina cuſtodibus, dixerat: Tollam! cui cuſtodes ter reſpondebant: Tolle! Tolle! Tolle! quô factô tres arcas minores, quarum qualibet trium ſatorum amplitudine, è tribus illis majoribus implebat, è quibus, forâs productis, tamdiu ſuppeditaverant, donec nihil ampliùs reliquum fuerit. Multis autem ſumtibus interim exhauſtas arcas illas, circa Pentecoſten, ſecundâ vice, è majoribus illis tribus denuò implebant, è quibus tamdiu ſumtus fecerunt, donec vacuas illas omni argentô, tertiâ vice adimpleverint, defectumq̃ è tribus illis majoribus reſarſerint, ut ferendis ſumtibus ad principium usq̃ menſis Niſan pares eſſent;*

tum enim è novo conclavis reditu partem quandam nummorum tollebant. Si tamen ſicli, tribus illis arcis majoribus concluſi, faciendis ſumtibus usq; ad Niſan non ſuffeciſſent, è reſiduo, quod שירי הלשכה *dicebatur, certum quantum ſumebant.* Conf. eundem in ſuo *ad Miſchnam Comment. Cap. III. & Smag. p.* 122. Quodnam verò conclave præciſè ad ſiclorum cuſtodiam dictum fuerit, explicatu facile non eſt, Rabbinis tantùm non omnibus altùm de eo ſilentibus. *Maimon* noſter, & *Smag* in Sanctuario id fuiſſe, ajunt quidem; at ubi, aut quam plagam reſpexerit, non exponunt. Solus, quantum ego memini, *R. Abraham Haróphe* in ingenioſo opere ſuo, *Schilte haggibórim Cap. XXV.* in Atrio gentium id fuiſſe ſtatuit, etſi pro candore ſuo ignorare ſe non inficias eat, ad quam plagam quodlibet conclave in ſpecie ſpectàrit. Verba autem ejus hæc ſunt: אך הבתים והלשכות הראויות להמצא בהר הבית הן אשר אכתוב עתה ואני מצד סכלתי לא ידעתי היכן היו בפרטות בארבעה רוחות שבהר הבית: *Conclavia autem & cellulæ, quæ neceſſariò fuerint intra muros atrii gentium, hæc ſunt, de quibus jam ſcribam. Neſcio autem pro tenuitate ingenii mei, ubinam in ſpecie quodvis fuerit, aut ad quam plagam atrii illius quodlibet reſpexerit.* Et paulò poſt, cùm de conclavi primo locutus eſſet, pergit tandem: השנית היא לשכי השקלים שנותנים אותם בה לקנות בהם הקרבנות והיו תורמין אותה לפרוס הפסח ופרוס עצרת ופירוס החג ואולי בה היו נותנים העשרה שופרות האלה מן השלש עשרה שהיו במקדש. *Secundum eſt conclave ſiclorum, in quod eos concludunt, ut ſacrificia ex iis coëmant; Evacuabant autem illud ad dimidium Paſchatis, Pentecoſtes, & feſti tabernaculorum: Et in eo forſan aſſervabantur decem ex tredecim arcis illis, quæ in Sanctuario erant.* Ut autem verum fatear, Eruditi Viri ſententia in hoc mihi non probatur; Et quamvis firmius teſtimonium aliunde mihi non ſuppetat ad opinionem ejus oppugnandam: vero tamen ſimile non videtur, tantam, ad ſacros uſus, congeſti auri & argenti molem, Judæos, majori ſtudiò non aſſervaſſe, quàm in Atrio exteriori, în quo ſacræ pecuniæ incolumitati proviſum adeò benè non videtur. Majorem certè ejus curam Rex Joas geſſit, qui gazophylacium, ſeu arcam, quam ad colligendam pecuniam erexerat, juxta altare ad dextram (id eſt, *ad dextrum poſtem Atrii Sacerdotum, ubi altare erat extrinſecus in fine Atrii magni, quò usq; pervenire licebat toti Iſraëli, Piſcatore in h. l. & L' Empereur ad Middot p.* 172. ſic exponentibus) collocaſſe dicitur II. Reg. XII. Et ſanè, ſi longô dein tempore interjectô, ipſæ arculæ illæ tredecim in Atrio Mulierum poſitæ erant, ut *Joſéphi* fide certum arbitror, ipſum etiam ſiclorum conclave

clave in alio, quàm Gentium, atrio fuisse videtur. Cæterùm verò nondum dixerim, an fidem in omnibus mereantur Rabbini nostri, quæ de numero, aut ejusmodi arcarum evacuatione, commemorant, aut, an imponant nobis quandoque, Paternarum traditionum acerrimi Hyperaspistæ.

Quâ autem curâ, ac attentione Judæos thesaurum sacrum reclusisse dixeram, eandem in aperiendo Imperatoris sui Tablino, & Vestiario, Turcas quoque adhibuisse, Vir genere ac eruditione nobilis, *Monsf. du Loir*, commemorat *in Itinerario suo*, è cujus versione Italica seqq. adjicere mihi liceat bonâ Lectoris pace: *Il Tesoro del Gran Signore, che chiama Kazine, è poco più la che il Divano, à mano sinistra. Ivi si tengono i Registri dell' entrate delle Provincie, in casse distinte in anni, co' nomi delle Provincie, e de' luoghi, & ivi pur si conservano tutte le vesti, e fodere di pelli, che servono alla Persona del Prencipe, & alla Corte. Ogni giorno di Diuano si apre questo Tesoro per trarne, e per riporvi qualche cosa, e gli Officiali principali sono tenuti d' assistere à quella apertura, dove si osserva la cerimonia seguente. Il Sciausè Baci leva nella loro presenza la cera del Sigillo, onde è turato il buco della serratura, & havendola portata al Gran Vezire, questo subito la bacia, e la riconosce, mirandola con attenzione. Indi trae dal suo seno il sigillo del Gran Signore che sempre vi porta, e lo da al Sciausè Baci, che doppo haver tornato à serrare, & à sigillare il Tesoro, torna à restituire con la stessa cerimonia il sigillo al Vezire.* Operæ autem pretium facturum me arbitror, si versionem Latinam attexuero. *Imperatoris Thesaurus, Kazine dictus, à Divano* (sic vocant Turcæ locum, ubi Bassæ jus dicunt, Busbequio p. 66. annotante) *amplius nonnihil ad manum sinistram abest, in quo redituum cujusvis Provinciæ codicilli asservantur, certis arcis secundùm annorum ordinem reconditi, unius cujusvis Provinciæ locíq; nomine adscriptô. Reponi autem & ibidem solent indumenta, vestesq; pelliceæ ipsius Imperatoris & totius Aulæ. Singulis verò diebus, quibus Divanum aperitur,* (quod quater quavis hebdomade fieri consuevit) *ipse etiam Thesaurus hic recluditur, ut vel reponi vel demi quid ex eo possit, & in eo quidem aperiendo Ministri ac officiales primarii assistunt, & hi ritus observantur. Chiausius Bassa ceram sigilli, quâ seræ foramen occlusum erat, in eorum conspectu removet, quam Magno Visirio offert, qui eam osculatus magnâ curâ & attentione contemplatur. Extractum dein è pera sua Imperatoris sigillum, quod perpetuò secum gestat, Chiausô Bassæ tradit, qui Thesaurô reclusô, eóq; cerâ obsignatô, eadem ceremonia Visirio id restituit.*

Ad dimidium Paschatis.] Quindecim scilicet diebus ante Pascha semel conclave reserabant, Gemarâ ita docente: כל היכא

דתנינא פרס פלגא פלגא בשלשים יום קודם למועד שדורשין
בהילכותיו. *Vbicunque in Mischna* פרס *occurrit, significat idem ac dimi-
dium: Dimidium scilicet XXX. dierum, in quibus de constitutionibus ejus
differitur.* Conf. Bechor. f. 58. 1. Cur autem tribus illis anni vicibus,
(unâ enim operâ totum negotium confici potuisse arbitraretur ali-
quis) & imprimis tot diebus ante festa hæc, nummos è conclavi sustu-
lerint, ostendendum erit. *Gemara* nostra in hanc rem *ita Cap. I.* התיב ר'
עולה קומיה דרי מנא והא תנינא בג' פרקים. בשנה תורמין את הלשכה
בפרוס הפסח בפרוס החג בפרוס עצרת א״ל נימר אילין דקריבין בפרוס
הפסח אילין דרחיקין בפרוס העצרת ואילין דרחיקין מנהון בפרס החג.
א״ל כולה כאחת היתה באה ולמה אמרו בג' פרקים כדי לעשות בומפי
לדבר. *Opposuit R. Ula* קמי *R. Mana, atqui ecce traditum est, ter quotannis
conclave reserari, ad dimidium Paschatis, Pentecostes, & festi Tabernacu-
orum? Respondit ei, dicã quid res sit. Propiores* (qui Hierosolymas prope
adhabitabant) *ad dimidium Paschatis reserabant conclave; qui longiùs ab-
erant, ad dimidiũ Pentecostes, & qui quàm maximè distabant, ad festũ Ta-
bernaculorũ. Respondit R. Ula: Atqui omnes sicli simul transmissi sunt? quid
igitur opus est tribus vicibus conclave reserare? Dixit ei, ut res manifesta
fieret*, id est, ut certiores redderentur, quô tempore uniuscujuslibet re-
gionis sicli ad sacrificia coëmenda adhiberentur. Vide *Maimonidem
ad Mischnam.* Bartenoræ autem, qui utplurimùm pro egregio, quô
pollebat, judicio, rem accuratè circumspexit, aliud videtur, cui nos cer-
tè non inviti adstipulamur. Ideò enim tribus vicibus conclave, is, re-
seratum, inquit, לפי שהרחוקים לא הבאיו עדיין כל שקליהם, *quia
illi, qui longiùs Hierosolymis aberant, nondum omnes siclos suos transmise-
runt.* Arbitratur quippe in tanta temporis angustia, omnes omnium
siclos, è locis sæpe multô viarum intervallô disjunctis, Hierosolymas
transmitti non potuisse. Certos itaque terminos cuivis provinciæ
positos fuisse, quibus ipsis siclos suos, Hierosolymas, quælibet curaret,
ne, quando opus iis esset, penuriâ laboraret conclave. Nec in eo falli
arbitror Virum doctissimum. Etenim ipsius *Gemaræ*, quam supra ad-
duximus, mens non esse videtur *Abrahamo Harophe*, ac si omnes sicli
simul unô tempore transmissi fuerint: sed, quòd æquum fuisset, si res
ipsa facultatem præstitisset, unâ simul vice eos transmittere. Verba
ejus addemus, ut B. Lector de iis judicet. Inquit ergo Cap. XXXV.
אמרו בגמרא שהיה מן הראוי שתבא כל התרומת השקלים בלשכה
המיוחדת להם כאחת והוא בזמן הפסח: &c. Si cui tamen contrari-
um lubuerit, suô eum abundare sensu lubenter patimur.

Festi

Festi tabernaculorum.] Hoc ipsum festum absolutè Judæis חג dicitur, ob lætitiam, & tripudia, *Aruch* ad rad. חג annotante, חג כמו ריקוד וטיפוח בשמחה *Vox* חג *saltationem denotat, & plausum præ gaudio.* Vid. & Aquinatem. Notandum autem hîc est præ cœteris, non licuisse semper arcas reserare, præcisè die decimô quintô ante festum tabernaculorum, ob principium novi anni, quod eô ipsô tempore, in initium mensis Tisri inciderat, quô, ut nullis negotiis: ita nec evacuationi, operam dare concedebatur. Hinc & *Maimon in Jad chas.* בראש חדש תשרי קודם יום טוב או אחריו *in principio mensis Tisri arcas reseratas*, ait, *vel ante, vel post festum exactum.*

Hæc tempora quasi horrea sunt.] Lepidum Germanis in usu est proverbium, dum magnum quandoque lucrum, quod alteri accrescere vident, ita circumscribunt: Er hat eine gute Ernd/ aut: Er wird stattlich mehen/ quæ loquendi ratio parum certè à phrasi nostra Mischnica recedit. Quàm aptè autem alterum alteri respondeat, è Rabbinis videbimus, in quibus primum locum meritò *Maimonidi* damus, qui ad *Mass. Bechor. p. 58.* ubi eadem Mischnæ verba repetuntur, seqq. annotavit: מה שהוא קורא לפרקים אילו גרנות הוא דרך דומיה לפי שהבהמה הנולדת בשנה זה שהיא דומה לדבר הצומח בשנה זו הואיל והגיעה לפרק הזה הרי היא כתבואה שהגיאה לגורן שנטבלה למעשר ואין אוכלים ממנה עד שיוציאו המעשרות גב״ אם הגיע זמן זה אינו מותר לאכול הבהמה ולא למוכרה עד שתתעשר: *Quòd tempora hæc, Mischna nostra, Horrea vocat, per similitudinē aliquā factū est, quia pecora hoc annô prognata, (quæ rei germinanti hujus anni similia sunt,) si in aliquod horū temporū inciderint, nihil à frumento differunt, quod in horreum prolatum est, & decimari debet, nec quicquam ex eo comedere licet, donec decimæ prius traditæ fuerint. Eadem enim hæc pecorum ratio est, quæ frumenti, quia, si tempus hoc advenerit, nec vendere, nec comedere jumentum fas est, donec decimatum fuerit.* Eodem planè modô *Gemara*, ואמאי קרי ליה גורן דטבלא כגורן, cui *Raschi* adjungatur, qui Maimonidis verba fermè repetit. Caussam autem, cur, circa hæc tempora imprimis, diligentem decimarum curam habuerint, ipsa etiam *Gemara* exponit his verbis: כדי שתהא בהמה מצויה לעולי רגלים. Factum nempe id, ait, *ut in promtu essent pecora, haberentque, quod vel offerrent, vel in cibum coëmerent, qui ad festa illa confluebant.* Fieri enim facilè potuisse, ut, si nimium plebi indulsissent, plurimos, in optimâ voluntate jumentum coëmendi, facultas illis temporibus destituisset, aliorum avaritiâ, qui inopiæ illi mederi optimè potuissent.

F. A-

F. Asai.] Tantà eruditione animum excoluisse dicitur, ut, qui alios ingenij acumine anteire se credebant, aut difficilem solvisse sibi nodum videbantur, quasi per jocum, non inferiores se Filiô Asai esse, dixerint, quod imprimis certo cuidam Doctori, nomine Abai, familiare erat, quem aliquot vicibus Gemara his verbis usum esse perhibet: הריני כבן עזאי בשוקי טבריא. *En ego sum, sicut F. Asai apud Tiberienses.* Vid. *Raschi ad Mass. Kidduschin p. 20. & Sota p. 45.* Quamvis autem honori F. Asai non invideam, culpandus tamen in hoc mihi maximè videtur, quòd nimiùm sibi ipsi abblanditus, ex innata ἀυθαδείᾳ fungos, ac bardos crediderit omnes alios, soli sibi sapere visus. Ecquid enim aliud sibi verba hæc volunt *Mass. Bechorot*, אמר בן עזאי כל חכמי ישראל לפני כקליפת השום חוץ מן הקרח הזה שהוא ר׳ עקיבה. *Ait Asai: Omnes sapientes Israelis, coram me, sunt tanquam tunicula allii, exceptô unicô hôc calvô, nempe R. Akibah.*

ב

בשלש קופות של שלש שלש
סאין תורמין את הלשכה
וכתוב בהן אלף בית גימל ר׳
ישמעל אומר יונית כתיב בהן
אלפא ביתא גמלא אין
התורם נכנס לא בפרגוד
חפות ולא במנעל ולא בסנדל
המסומר ולא בתפילין ולא
בקמיע שמא יעני ויאמרו מעון
הלשכה העני או שמא יעשיר
ויאמרו מתרומת הלשכה ה
העשיר לפי שאדם צריך לצ
לצאת ידי הבריות כדרך ש
שצריך לצאת ידי המקום ש
שנאמ׳ והייתם נקיים מה׳ ומ
ומישראל ואומר נמצא חן
ושכל טוב בעיני אלהים ואדם:

II.

TRibus arcis ter trium satorum, evacuant conclave, quibus inscriptum est, א.ב.ג. R. Ismael ait: Græcè inscriptum iis esse, Alpha, Bῆta, Gamla. Is autem, qui evacuat, non ingreditur nec cum paragauda duplicata, nec cum calceo, aut sandalio ferrato, aut cum Tphillin, vel amuleto, ne, si aliquando depauperetur, ex fraude conclavi illata pauper factus esse, aut, si ditescat, ex præda conclavis ad tantas opes pervenisse dicatur, quia quivis hominum manus æquè effugere tenetur, ac Dei, sicut dicitur: Et eritis innocentes coram Domino & Israel, &c. Num. XXXII. 22. & porrò: Et invenit gratiam, ac intellectum bonum in oculis Dei & hominis.

AN-

ANNOTATA.

Tribus arcis ter trium ſatorum.] Adimpletis tribus arcis, quarum quælibet tria ſata continebat, collectivè novem, quovis feſtô, ex ærario ſeu conclavi illo, ad ſacros uſus depromta fuiſſe, ait *Miſchna* noſtra, quibus ipſis etiam ordine inſcriptum erat Aleph, Beth, Gimel; Et in eo quidem, quantùm memini, conſentiunt omnes Rabbini, ipsó etiam *Maimonide* accinente *Hilch. Schekal. cap. II.* §. 7. Quòd autem idem, ſiclis confertas primùm majores arcas ait, quamlibet novem ſatorum amplitudine, è quibus tres minores aliæ dein poſteà implerentur, in eo certè doctiſſimum Bartenoram cum R. Abraham F. David, & Baal *Toſephot in Maſſ. Kidduſch. p.* 54. adverſum ſibi habet maxime.

Inquit enim: רמב״ם כתב שממלאין תחילה ג׳ קופות גדולות של
כ״ז סאין ומהם תורמין לג׳ קופות קטנות של ט׳ סאין ובחינם דחק
לומר כן. *Scribit Rambam, tres primùm arcas magnas, viginti novem ſatorum amplitudine, impletas eſſe, è quibus poſteà tres minores, novem ſatorum capacitate viciſſim opplerint; Fruſtra autem nititur hæc aſſerere.* Et licet *Toſephot Jom tof* Maimonidis partes tueantur, dubito tamen, an vis aut pondus argumento illi inſit. Opus autem erit ejus quoque verba hìc adducere, ut, cui ſententiæ potiùs accedendum ſit, videamus. *Bartenoræ* igitur hæc opponit, quæ jam ſequuntur: ואני אומר לא
בחינם אלא ע״פ הירושלמי אמר כן דהכי איתא התם ר׳ זעירא שאל
את ר׳ יאשיה כמה הוא שעורן של ג׳ קופות אל״ נלמד סתום מן
המפורש תני ג׳ קופות של ג׳ ג׳ סאין של כ״ז סאין. ופי׳ הוא דג׳
קופות שעליהן שאלו כמה הוא שעורן על כרחך לאו אלו הנזכרים
במשנה הן דהא שעורן מפורש במשנה אלא ג׳ קופות אחרות היו
מלבד אילו ועליהן שאל והשיב ילמוד סתום מן המפורש דכיון דהני
דמפורשין מחזיקין כל א׳ ג׳ סאין וגפ״ תורמין הרי כ״ז סאין הלכך
ודאי ג׳ קופות הראשונות מחזיקין כל כך שיוכלו לתרום מכולם כל
הגפ. *Ego autem, non fruſtra hæc Maimonidem: ſed autoritate Talmudis Hieroſolymitani dicere, inquam. Ita enim ibidem*: R. Seira quæſivit ex R. Joſia, quanta eſt menſura vel capacitas trium illarum arcarum? Reſpondit autem ei: Quæ obſcuriora ſunt, è clariori diſcimus. Docemur enim tribus arcis, ter trium ſatorum amplitudine, id eſt, viginti ſeptem ſatorum conclave evacuari. *Cujus explicatio hæc eſt, quod tres illæ arcæ,*

de quarum capacitate inter eos disquisitum est, necessariò diversæ aliæ fuerint ab illis, quarum Mischna meminit, (harum enim mensura ibidem definita est) & de iis quæsitum, & unà responsum sit, obscuriora illustrari è clarioribus. Quoniam enim quælibet arcarum illarum, quarum quantum indicabatur, tria sata continebat, hæq; ipsæ tribus vicibus, quotannis, viginti septem satis deplebantur, ideò certè opus sit oportet, tres priores arcæ tantum continuerint, quantum tribus istis vicibus proferre potuerint. Hæc Tosephot Jom tof! Sed id certè opus non est. Talmud enim Hierosolymitanum arcarum quidem meminit, nec tamen sex earũ numerat, nec earundem majores aliquas, aliquas minores appellat: sed simpliciter arcas vocat, & numerô tres ter trium satorum capacitate, ex quo quomodò sex, & diversæ amplitudinis, arcæ exsculpi possint, non equidem apparet. Neque enim firmô argumentô ostenderit Jom Tof, pecuniam conclavi primùm illatam, certis arcis conclusam fuisse, cùm satis custodita ipsâ loci naturâ mansisset in unum acervum congesta, ex quo cumulo posteà, suô tempore, in tres arcas collecta fuerit, & ad usus sacros exportata, æquè ac cum שירי הלשכה, seu residuo illo siclorum factum est, quod, ut superius Rambam ipse concessit, tres majores illæ, quas finxerat, arcæ capere ampliùs non poterant, ut proinde sensus verborum Gemaræ necessariò non sit, (prout Jom Tof sibi persuadet) quasi tres peculiares arcæ grandiores confectæ fuissent, quarũ unaquælibet ter tria sata, id est, novem sata caperet, è quibus in minores alias tres tantum deponeretur, quantũ singulis vicibus opus esset, cùm & sic verba illa exponi possint, quòd tribus arcis, quarum quælibet tria sata continebat, quôlibet festô, è conclavi, novem sata petita sint, quorum summa annuatim ad viginti septem excurrerat.

Nec verò sequitur, secundò, *tres illas arcas, de quarum capacitate inter eos disquisitum erat, necessariò diversas alias fuisse ab iis, quarum Mischna meminit, eò quòd harum mensura ibidem jam exposita fuerit.* Meminerit enim *R. Jom Tof*, insolens non esse Gemaræ, id ipsum, quod à Doctore Mischnico jam ante definitum est, reassumere, & per varias Rabbinorum sententias, ac lites examinare, ut sæpius ruminandô veritatem rei faciliùs consequerentur, cujus infinita exempla, vel aliquot pagellas in Talmude legenti, se præbebunt. *Opus* autem tertiò non *erat, tantum tres priores arcas continuisse, quantum tribus illis vicibus evacuare necesse fuit*, cùm sufficerit, tantum argenti in ærario congestum fuisse, ut ex eo minores tres arcæ adimplerentur. Eccur enim tribus majoribus arcis siclos primùm concluderent, è quibus dein alias minores coimplerent? Quid tot ceremoniis opus, aut cur tempus tam frivolis actionibus tererent?

Qui-

Quibus inſcriptum erat א.ב.ג.] Cur tribus his arcis minoribus, ex ordine, ſive hanc literam א.ב.ג. ſive integrum vocabulum, inſcripſerint, ejus cauſſam Gemara nobis hanc ſuppeditat: למה כתוב עליהן אלף בירת גימל לומר אם ליסתפק מן הראשונה קודם לשנייה שנייה קודם לשילשית *Eccur iis inſcribebatur Aleph, Beth, Gimel? ut indicarent, quòd ex arca prima ſumtus fieri debeant ante ſecundam, & ex ſecunda ante tertiam.* Conf. Maſs. Megilla. p. 21. 2. Quomodò autem cum Gemara noſtra Talmud Hieroſol. edit. Cracovienſis conciliari poſſit, non video. Contrarium enim id prorſùs legit, לומר אין מסתפק מן הראשונה קודם לשנייה ולא משנייה קודם לשלישית *Ex prima arca non debuiſſe ſumtus fieri ante ſecundam, nec ex ſecunda ante tertiam.*

Græcè.] Nec à vero aberrat forſan R. Jismael: Græcis enim literis ſtrenuè quondam Judæos operam dediſſe, ac imprimis ſub Templo ſecundo ejus linguæ gnaros fuiſſe, certum eſt è Rabbinis, quibus Tphillin, & Meſuſot, & Librum Legis etiam, græcè ſcribere licebat, *Maſſ. Megilla pag.* 9. teſte. Hinc & Bartenora ad Miſchnam noſtram היו רגילין ביונית משום דכתיב יפת אלהים ליפת וישכון באהלי שם יפיפתו של יפת ישכון באהלי שם ואין לך לשון יפה בבני יפת כמ לשון יונית *Exercitatos eos in lingua græca fuiſſe*, ait, *quoniam ſcriptum eſt: Dilatet Deus Japhet, & habitet in tabernaculis Sem, Gen. IX, 27. Pulchritudo Japhet habitabit in tabernaculis Sem; nulla enim lingua inter filios Japhet adeò elegans eſt, ac ipſa græca.* Præ cæteris autem annotatu digna ſunt *R. Abrahami Harophe* verba, quæ è Cap. XXXV. hîc adſcribere non piget: והאמת הוא כי היו כותבים על הרוב בלשון יוני מפני העם שהיו בבירת שני יותר בקיאים בלשון יוני ממרה שהיו בלשון הקדש. והראידה על זה הוא ידידיה הנקרא פילוני היהודי והוא הידה בסוף בירת שני שכתב ספרים הרבה ונכבדים מאד על דברי התורה בלשון יון והם מתורגמים גם כן בלשון לאטינו וכל כך היה גדול ההלצה בלשון ההוא עד שהיה למשל ואמרו או פילוני הוא מדבר בלשון אפלאטון או אפלאטו הוא מדבר בלשון פילוני. *Verum eſt, Judæos, maximam partem, in Lingua græca plebis cauſſâ ſcripſiſſe, quæ ſub Templo ſecundo in eadem promtior erat, ac in nativo ſermone. Fidem autem verbis noſtris Jedidia faciet, dictus Philo Judæus, qui circa finem Templi ſecundi vixit, & multos libros, eosq; maximâ doctrinâ refertos, in*

Legem conſcripſit idiomate græcô, qui etiam in Latinam linguam poſteà translati ſunt ; *Et tanta quidem erat linguæ illius eloquentia, ut in proverbii conſuetudinem abierit, dictusq; ſit aut Philo Platonis linguâ locutus eſſe, aut Plato Philonis.* Hodienum autem inter Judæos reperiri, qui Græcorum ſcripta nocturnâ verſant manu, verſantque diurnâ, non infima certè laus eſt. Palmam in hoc ſtudiorum genere multis ambiguam facit, è nobili Judæorum proſapia ortus, Vir Cl. *Thomas de Pinedo*, qui Stephanum de Urbibus, magnô ſtudii Hiſtorici emolumentô, in vulgus emiſit, & doctiſſimis annotationibus illuſtravit, quæ æternam ei laudem allaturæ ſunt.

Gamla.] Muſſaph Aruch legit Gamma. Ita enim in rad. גם. גמא אות שלישית יונית במשנת שקלים פרק בג׳ פרקים יונית כתוב בהן אלפא ביתא גמא וצורתה כמין דלת הפוכה. *Gamma eſt tertia litera Græcorum. Legitur autem Cap. III. Schekalim in Miſchna: Græcè iis inſcriptum eſt Alpha, Bῆta, Gamma. Habet verò figuram inverſi Daleth.*

Is autem, qui evacuat.] Significationem verbi תרם antea expoſui, ut, quis תורם ſit, aut, quæ officii ejus ratio, facilè conſtet. Cùm tamen Maimonidem minima etiam ſiccô pede non tranſiiſſe videamus, nec nos dubitabimus mentem ejus hîc exponere. Ait autem, כבר ידעת כי התורם הוא הממלא אלו השלש קופות המחזיקות ג׳ סאין. *Jam antea notum eſt*, תורם *eum eſſe, qui tres arcas illas implet, quarum quælibet tria ſata continet.* An verò è Laicorum ordine, vel è Sacerdotum collegio tantùm, *Torem*, ſeu is, qui pecuniam è conclavi tollebat, evocatus ſit, diu hæſitavi, Judæorum auxiliô deſtitutus, quos altùm ea de re ſilere deprehendi. In eam autem tandem deſcendi ſententiam, hoc negotium plebeiis nunquam impoſitum eſſe. Cùm enim ſacræ pecuniæ curam Sacerdotes quondam habuerint, & ipſe ſummus Pontifex, Joaſi ævô, arcam, multô argentô confertam, recluſerit, ac collectos nummos numerârit, ut II. Reg. XII. manifeſtum eſt, facilè arbitratus ſum, eodem inſtitutô ſubſequenti tempore, eosdem uſos eſſe, & ad minimum Sacerdotes inferioris ordinis pecuniam è conclavi exportaſſe, quam ipſam opinionem *Raſchium*, confirmare longô poſt tempore videram, qui *in Maſſ. Megill. pag. 21. 2.* diſertis verbis תורמין כהנים את הלשכה *Sacerdotes conclave evacuaſſe*, inquit. Videat interim, qui volet, *Abulenſem IV. Reg. Cap. XII. q. 8.*

Nec cum paragauda duplicata.] Rabbinorum hac de re ſententias conquiremus, ut, quid paragauda h.l. ſignificet, in promtu ha-

tu habeamus. *Bartenora* autem rem ita exponit : כשמלבוש ערוך וכופלין אותו מלמטה אותה השפה הכפולה קרויה פרגוד חפות ואין התורם נכנס עם השפה כפולה ההיא במלבושו שלא יחשדהו שנתן לתוכה ממעות הלשכה. *Si vestis quædam longa est, quam infra duplicant, instita illa duplicata, vocatur paragauda duplicata. Non autem is, qui evacuat, conclave ingreditur cum tali limbo, ne suspicentur, eum inibi aliquid è pecunia conclavis abdidisse.* Raschi in Jevamot p. 102. 2. paragaudam per *indusium* exponit, quod oram, seu fimbriam habeat. Plures adducere ejus rei testes, opus non erit.

Cum sandalio ferrato.] Solum quidem Talmud Babylonicum Amstelodamense (aliâ enim Talmudis editione non utimur) legit סנדל המסומר, reliquis, quæ mihi ad manus sunt, Mischnajot editionibus, tantùm τὸ סנדל retinentibus. Erat autem sandalium ferratum, ut *Raschi in Schabb. p.* 102. exponit, שלעץ הוא ותוחבין מסמרות למעלה לחוק התחתון עם העליון העץ עם השאר שמלמעלה הימנו ויש לו ב׳ פיות ותוחב רגליו בו, *ex ligno, desuper clavis firmatum, ut eò firmiùs superiori parti connecteretur inferior, lignū puta reliqua materia. Duo autem habebat ora, quibus pedē imponebant.* Tanchuma hæc ipsa Mischnæ nostræ verba, edit. Pragensis, quæ sanè Venetâ multò est locupletior, p. 46. 4. ita repetit : אין התורם ניכנס לא בפרגוד חפות ולא פונדי ולא אינפיליא. *Is, qui evacuat, non ingreditur conclave, nec cum paragauda duplicata,* (ita enim legendum arbitror, cùm quid hæc sibi lectio אלא בפרגוד האפוי velit, ignorem) *nec cum marsupio, nec cum soccis.*

Tphillin.] De ipsa Tphillin, seu Phylacteriorum structura videantur alij, ac imprimis Nob. Wagenseil in Sota p. 401. seqq. Nobis sufficiat caussam saltem hîc annotasse, cur usum eorum iis interdixerint, qui conclave evacuabant. E multis autem rationibus, quas adducere possemus, potissimam *Bartenora* verbis indicabimus. Ait autem id factum esse, שלא יאמרו התיר התפר ונתן בתוכן מעות, *ne futuras eum dissuisse dicerent, ac in eas pecuniam abdidisse, credi posset.* Aptissima enim hæc organa fuisse videri possent, quibus furtum, sub specie pietatis, celaretur.

Ne, si aliquando depauperetur.] Noluerunt ullum, etiamsi spectatæ fidei, Virum, vel cum phylacteriis, vel ullâ aliâ re, quæ aliquô modô speciem imposturæ præ se ferebat, gazophylacium ingredi, ne vel ad incitas aliquando redactus, pœnas jam luere videretur ob fraudem ærario factam, quod olim compilarit; vel ditior factus, rem suam familiarem è sacra pecunia auxisse, diceretur. Caput

enim *eſt in omni negotii procuratione, & muneris publici, ut avaritiæ pellatur vel minima ſuſpicio*, Cicerone L. II. Offic. monente. Ut igitur omni ſuſpicione ſe evolverent, ſedulò *Gemara* monet, קווץ לא יתרום, ne, qui capillos promiſſos haberent, manum huic operi admoverent, aut, cùm duplicem ſignificationem vocabulum קווץ admittat, pauper etiam, *Maimonide* annotante: עני או שהוא נבהל להון לא יתרום מפני החשד. *Pauper, aut qui ad divitias feſtinat*, (lucri cupidus) *non conclave evacuet propter ſuſpicionem.* Anſam autem *Maimonidi*, rem ita exponendi, diverſam lectionem vocabuli קווץ dediſſe, ait *Migdals.* Loco קווץ enim Talmud Hieroſol. legiſſe קבוץ cum beth, quòd pauper de domo in domum ſtipem colligat. Quòd ſi verò & notulas in Talmud Hieroſ. audire lubet, קווץ idem erit ac כווץ, i. e. מי שקומתו כפופה, *cujus ſtatura curva eſt*, aut, qui corporis vitiô laborat. Utut autem ſe torqueant in expoſitione vocabuli קווץ, fateor tamen nullam earum mihi videri abſurdam. Multùm enim intereſſe iis videbatur, dives an pauper, mutilus vel corpore rectus, ærarium ingreſſus ſit. De divite minor ſemper eſſe ſolet ſuſpicio; paupertas autem hoc habet vitium, ut doceat Virum ob egeſtatem mala, juxta illud *Horat. Carm. Lib. III. od. XXIV.*

Magnum pauperies opprobrium jubet,
quidvis & facere, & pati,
Virtutisque viam deſerit arduæ.

Ne verò in conclavi etiam, ſibi ſoli relictus, aurum ore abderet, ſedulò cum eo ſermones miſcebant cuſtodes foribus admoti, *Gemarâ* teſte: מדברין היו עמו משעה שהוא נכנס עד שעה שיצא. *Collocuti ſunt cum eo ab illo tempore, quô ingreſſus eſt, donec egrederetur.* In egreſſu autem à prolixis ſermonibus, multoque cum eo colloquio abſtinebant, ne inter colloquendum ore deglutiret aurum, *Jephe Maare* teſtimoniô: לא סגי בדבורים עמו כשיצא דאיפשר בלע המעות. *Quid enim non mortalia pectora cogit auri ſacra fames?* Imò certè parùm abfuit, quin os aquâ adimplere eum coëgerint, ut & minor ei pateret occaſio aurum abſorbendi, & faſtidiô colloquij ſuperſederent cuſtodes, certiùsque cognoſcerent, nihil ab eo faucibus abſorptum eſſe, ſi ore ſemel hauſtam aquam intereà non demiſerit. Annectit enim Gemara præcedentibus ſtatim verbis: וימלא פומיה מוי. *Impleat os ſuum aquâ?* Reſpondet autem, non licuiſſe מפני הברכה, *propter benedictionem.* Fieri enim potuiſſe, ut ex aquis illis fortuitò, benedictionis ſolitæ immemor, aliquid guſtarit, & oblationem pro prævaricatione debuerit, quod ipſum niſi metuiſſent, præſtitiſſet, ajunt, ore aquâ adimpletô ſuffuran-

furandi occaſionem Evacuatori demere, quàm mutuis ſermonibus cavere, ne furti ſe alligaret. Nec huic negotio quicquam obicem poſuiſſet. Quòd enim, ut paulò poſt patebit, veniam à cuſtodibus expetiiſſe Evacuator dicitur, ut arcas reſerare ſibi liceret, idipſum quoq; ſignis quibusdam potiùs, quàm voce, impetrare potuiſſet. Quòd autem Gemara ait הגיזברין היו מפספסין בקילקין, id ob vocum diverſam ſignificationem explicatu facile non eſt. Nec enim ipſi etiam Rabbini inter ſe conveniunt. *Jalcut* locô מפספסין legit מפשפשין, literâ ס ut ſæpius fieri aſſolet, in ש mutatâ. Senſus itaque ejus eſt: *Theſaurarios conſueviſſe Evacuatorem perſcrutari, & cùm Ærarium ingrederetur, & cùm exiret.* Diligenter nempe eos undique veſtes ejus perquiſiviſſe, ut & ſcirent antea, quid jam habuerit, faciliùsque dein cognoſcerent, impias eum fraudes nexiſſe, ſi, cùm è conclavi egrederetur, palpandô aliquid invenerint. Et ita quidem cum *Jalcut* legendum eſſe omnino arbitror. Non parùm enim in ea ſententia confirmor è *Toſiphta Schekal. Cap. II.* quem librum, cùm hæc ipſa jam ſcripſiſſem, commodô meô Pragâ nactus, eandem cum Jalcut retinere lectionem deprehendi. Mihi itaque τοῦ *Jephe Maare* expoſitio non arridet, dum מפספסין בקילקין per מפרידין השערות שבקילקין interpretatur. Nec enim induci poſſum, ut calculum meum addam, piloſis veſtibus, ſeu ciliciis, quibus olim homines utebantur, lanam priùs aut villos detondiſſe eum, qui ærarium evacuare volebat, ut *Jephe Maare* ſibi perſuadet.

ג׳

של בית ר״ג נכנס ושקלו בין
אצבעותיו וזורקו לפני התורם
והתורם מתכוון ודוחפו לק
לקופה אין התורם תורם עד
שיאמר להן אתרום והן אומרין
לו תרום תרום תרום ג׳ פע
פעמים.

III.

Diſcipuli R. Gamalielis ingreſſi ſunt, cum ſiclis ſuis intra digitos, eosque projecerunt ante Evacuatorem, qui, ut advertit, in arcam eos intruſit. Non evacuabat autem Evacuator, antequàm eis dixerat: Tollam! Ji autem reſpondebant, Tolle! Tolle! Tolle! tribus vicibus.

ANNOTATA.

Diſcipuli R. Gamalielis ingreſſi ſunt.] Fixas eô omnes cogitationes ſuas habebant, ut in arcas ipſas ſicli eorum immitterentur

tur, è quibus ſacrificia coëmerent, ne aliis uſibus ij dicarentur, vel cederent, quàm ad ſacrificia ipſa. Tanta quippe eos cepit ſuperſtitio, ac ſi iidem ad ſe fructus non redituri eſſent è ſiclis ſuis, quos, pro ſuo quisque capite, propitiatorium Jovæ pendebat, ſi ad alia adhibiti fuiſſent. Audiamus autem *Maimonidem ad Miſchn.* ne videamur è noſtro nobis hæc fingere cerebro. אמרם של בית רג״ ענינו כי כל א' מהן היה נותן שקלו בזה הענין וכונתו כדי שיכנס שקלו בתוך הקופה ויסתפקו בו הקרבנות לפי שהי' מתירא שמא ישאר בכלל השירים הנשארין מן הממון. *Quod de diſcipulis R. Gamalielis dicitur, ita intelligendum eſt, quemlibet eorum ſiclum ſuum ad hoc negotium dediſſe eâ mente, ut idem in arcam ipſam intruderetur, eoq; ſacrificia coëmerentur, veritum, ne oblatum ejus didrachmum in numero eorum relinqueretur, qui è congeſtis illis opibus ſupererant.* Vid. & Gemara. Nec enim ad ſacrificia ipſa impendebatur, quod remanebat, & שירי הלשכה dicebatur, ut infra Cap. IV. patebit, niſi fortè, dum XXVII. ſata, quæ è conclavi demebant, ad coëmenda ſacrificia non ſuffeciſſent. Cœterùm notandum mihi videtur, *Miſchna* mentem non eſſe, ac ſi R. Gamalielis diſcipuli conclave illud ingreſſi ſint, è quo ærarij præfectus, (quem *Evacuatorem* ab hebraico vocabulo תורם nominare mihi liceat) arcas illas tres, argentô adimpletas, depromſerat, cùm non probabile ſit in gazophylacium, ſeu conclave illud, ullum admiſſum fuiſſe, præter eum, qui arcas illas ex officio impleverat. Foribus enim magnô ſtudiô per Janitores communitis, ne fides quidem ærarij præfecto habebatur, cui vix veſtibus incedere permiſerant, ne facilè in ſuſpicionem vocari poſſet; adeoque dicendum videtur, ſenſum eò redire, R. Gamalielis diſcipulos ſe contuliſſe ad ærarii illius præfectum, aut in via eum præſtolatos eſſe, cùm arcas ſuas tres in conclave inferebat, nec credidiſſe aliorum fidei ſiclos ſuos offerendos: ſed propriâ manu obtuliſſe, ut metu ſuô liberarentur, additis vel precibus, vel certô quodam ſignô, meminerit præfectus, ut in arcas ipſas ſicli eorum conjicerentur, animôque ij propterea magis ſecurô & quietô eſſe poſſent.

Non evacuabat autem Evacuator, donec eis dixerat: Tollam.] Factum id arbitror, ut ipſum temporis punctum cuſtodibus innoteſceret: quô nummis arcas illas implere occœperit. Veniam igitur quaſi dari ſibi jam petierat, ut eorum indultu initium tollendi facere ſibi liceret.

Tribus vicibus.] **Non solùm custodes ter ei, qui arcas minores siclis replebat, acclamavere, ut opus jam aggrederetur: sed &** ipse ultro alloqui eos debebat, idque tribus vicibus, ut sæpius repetendo firmiùs memoriæ res imprimeretur, Magistrorumque decreta majori cum veneratione animo inhærerent, quod *Salomo Luria in Ammude Schlomoh* p. 194. his verbis indigitasse videtur, והטעם שכל דברי חכמים צריך לכפול דבריהם. *Caussa autem hac est, quia omnia Magistrorum verba, & facta, geminare opus est.* Frequenter quippe in usu Judæis erat, ter eadem verba repetere, ut, si non mysterium aliquod sub hoc numero, quemadmodum Pythagoras in quaternario, quæsivisse videantur, trinâ tamen ejusdem rei repetitione majorem orationis vehementiam indicarint, ad Auditorum animos acuendos, ipsamque rem, de qua agebatur, magis confirmandam. In plurimis autem exemplis ut pauca afferam, è *Cap. III. §. 10. Maßech. Para* hoc unicũ annotabo, Sacerdotem summum, cùm vaccam rufam combureret, strui ligneæ illi, in qua comburebatur vacca, lignum cedrinum, hyssopum, & dibaphum coccineum injecisse, his verbis: עץ ארז זה עץ ארז זה אזוב זה אזוב זה שני תולעת זה שני תולעת שלשה פעמים על כל דבר ודבר והם אומרים לו הין הין הין על כל דבר ודבר *Hic est lignum cedrinum, hic est lignum cedrinum! hic est hyßopus, hic est hyssopus! hic est dibaphum coccineum, hic est dibaphum coccineum! Ter qualibet repetebat; & tribus vicibus ad quamlibet rem ei respondebant: Ita! Ita! Ita!* Aliud exemplum vid. *in Menachot* Cap. VI. & *in Jebamot* Cap. XII. quibus adde *Maimonidem* in Hilch. Tamid, Cap. VII. §. 11.

ד

תרם את הראשונה ומחפה בקיטבלאות שנייה ומחפה בקיטבלאות שלישית לא היה מחפה שמא ישכח את התרום ויתרום את דבר התרום ט תרם את תראשונה לשם ארץ ישראל ושניה לשום

IV.

Depromtâ primâ vice certâ siclorum parte, reliquos omnes tapete quodam obtexit, quod & secundâ vice factum est; tertiâ autem non obtexit eos amplius, ne forsan oblivisceretur, se ex illo cumulo jam aliquid depromsisse, ac ex eodem denuò promeret. Sustulit autem primam siclorum partem

כרכים המוקפין חומה שלשית
לשום בבל ולשום מדי וכ
ולשום מדינות הרחוקות:

tem nomine Terræ Iſraëliticæ: alteram, nomine oppidorum muris cinctorum: tertiam, nomine Babyloniæ, Mediæ, aliarumque Regionum remotiorum.

ANNOTATA.

Tapete quodam obtexit.] Præter varias ſignificationes, quas vocabulum קטבלא admittit, hîc loci, tapetem, ut judico, denotat, ſeu מטפחת, linteum, *Maimonide* exponente. Doctiſſimus *Buxtorfius in Lex. pag.* 2006. Miſchnæ noſtræ verba ita reddit: *Tegit eam pulvinari*, in quo ipſo an Rabbinorum teſtimonia habeat, dubito. Eccur autem pulvinari eam obtexiſſent, nec potiùs tapete? Quid enim pulvinari ad hanc rem opus? Aliud certè Rabbini docent, qui קטבלאות hîc loci per עורות יפות exponunt, quæ an pelles coriaceæ fuerint, an tapetes lintei, in medio relinquo. Id tamen certum eſt, non ſtatim pellem quandam fuiſſe, quodcunque Rabbini per עורות circumſcribunt, cùm ipſum linteum, quod infantibus, ne lectum polluerent, ſubſternebatur, עור העריסה, *pellis cunarum*, dicatur *Maſſ. Kelim p.* 38. De ſenſu cæterùm horum verborum תרם את הראשונה non levis inter *Maimonidem* & *Bartenoram* intercedit controverſia, ad quam meliùs intelligendam utriusque verba apponemus, ut libera in utramque partem judicandi facultas B. Lectori relinquatur. Labore autem Maimonidis verba interpretandi cùm nos ſublevârit doctiſſimus *Lightfootus in Chorogr. Marco præmiſſa Cap. III.* §. 3. ejus expoſitionem paucis immutatis ſequemur. Ait igitur Maimon: *Tres arcæ majores, in quibus omnis nummus repoſitus erat, prout expoſuimus* (quam benè, viſum ſupra) *quòd XXVII. ſata continuerint, cooperta erant linteo. Ingreſſus autem ille, qui evacuaturus erat, cum tribus minoribus arcis, novem ſata continentibus, replevit primò ciſtulam iſtam, cui inſcribebatur* א', *ex prima trium arcarum magnarum, & dein cooperuit eam linteô ſuô. Poſteà diſcooperuit ſecundam arcam è majoribus, atq; ex ea replevit ciſtulam illam, cui inſcriptum erat* ב', *& rurſus cooperuit eam. Tum diſcooperuit ciſtam tertiam è magnis, & ciſtulam ex ea replevit, cui inſcriptum erat* ג', *eam autem non iterum cooperuit &c.* Credebat igitur Maimonides, arcas iſtas majores, quas pro ingenio ſuo comminiſcebatur, tapete obtectas eſſe, poſtquàm certum ſiclorum quantum è qualibet depromſerint. Bartenoræ autem, qui tres majores illas arcas nullô, Maimonidem, fundamentô finxiſſe ſibi, ait, quæ mens fuerit ſeqq. verba indi-

indicabunt: תרומה הראשונא שתיתה בפירוס הפסח לאחר שתרם אותה היה מכסה כל השקלים הנשארים בלישכה בקטבלאות דהיינו עור שלוק כדי שיתנו עליו השקלים שיביאו ממדינות שסביב א״י שלא יכלו להביא קודם הפסח ומביאים מפסח ועד העצרת ונותנים אותה ע״ג הקטבלא כדי שיתרום מהם בפרוס העצרת ולא יתרום מן הדבר שתרם כבר בפרוס הפסח ואחר שתרם בפרוס העצרת חזר וכסה כל המעות שבלישכה בקטבלאות ונותנים עליהם כל השקלים המביאי׳ מבבל וממדי ומן המדינות הרחוקות ותורמין מהן בפרוס החג ועוד לא היה מחפה שאין עוד תרומה אחרי׳ : , *Postquàm certa siclorum pars*, (tribus puta arcis minoribus) *primâ vice, è conclavi depromebatur, quod ad dimidium Paschatis fieri solebat, omnes sicli in conclavi relicti*, בקטבלאות *obtegebantur, puta cute benè mundata, ut ei sicli illi imponerētur, quos allaturi essent provinciis, seu urbibus, quæ Terram Israëliticam cingebant, qui cùm ante Pascha afferri nō possent, inter Pascha & Pentecosten afferebantur, cuti impositi, ut ex iis ad dimidium Pentecostes argentū depromeretur, nec verò ex eodem acervo, è quo ante ad dimidium Paschatis pecuniā sumebant. Postquàm verò & alterâ vice, ad dimidium puta Pentecostes, certum siclorum quantum è conclavi proferebatur, omnes nummi ibi congesti, denuò obtegebantur cute quadam, cui sicli illi, qui è Babel, Media, aliisq; provinciis remotioribus afferebantur, impositi erant, ut ex iis ad dimidium Festi tabernaculorum demerent. Ulteriùs autem non obtegebantur, quia aliô insuper tempore nihil argenti è conclavi proferebatur.* Hæc Bartenora & Tosiphta Schekalim Cap. II. cum Abrah. Harophe Cap. XXXV. ad quorum mentem Mischnæ nostræ pericopen exposui, cùm cognitum hactenus mihi non sit, quô jure tres majores arcas, quarum quælibet IX. sata continuerit, Maimonides in conclavi fuisse affirmet.

Sustulit autem primam nomine terræ Israëliticæ.] Maimonides de arcis denuò id exponit. Ita enim ille *Hilch. Schek. Cap. II. §. 8.* כשהוא תורם שלש קופות אלו תורם את הראשונה לשם ארץ ישראל. *Quando is, cui argentum è conclavi proferendi cura tradita est, tres arcas illas tollit, primam earum tollit nomine terræ Israëliticæ.* Bartenoræ autem non de arcis illis sermo est: sed de תרומה הראשונה, cùm totam illam nummorum summam, quam primâ vice è conclavi sustulerant, nomine terræ Israëliticæ depromtam velit. Caussam verò, cur

rò, cur primum in honore locum ei dederint, è Bartenora etiam petemus. Ait autem id factum ideò, שהם שלחו שקליהם תחילה שהאחרין עדין לא הביאו, *quia ii, qui terram Iſraëliticam inhabitabant, primò omnium ſiclos ſuos transmiſerunt, cùm reliqui nondum ſe expediverant.*

Alteram nomine oppidorum muris cinctorum.] Ita quidem legit Talmud Babylonicum: Variæ autem editiones Miſchnajot מוקפין לה legunt, i. e. *nomine oppidorum, quæ terram Iſraëlicam proximè adjacebant.*

Tertiam.] Antequàm finem huic Capiti imponamus, paucis adhuc Gemaræ verba conſideranda ſunt, in rem noſtram imprimis futura. Ea autem hæc ſunt: תני שלישית היתה עשירית שבכולם. Duo igitur exquirenda ſuperſunt. I. Quò vox השלישית referenda ſit? An ad tertiam arcarum, (majorum quidem, quas ſuperiùs Maimon comminiſcebatur) an ad תרומה שלישית, ſive tertiam è conclavi ablationem, de qua Gemaræ ſermo eſſe videtur? Quando autem Maimonidis ſententiam de tribus majoribus arcis, in conclavi contentis, è quibus ſicli in alias minores exonerarentur, paulò ante, incertam prorſùs eſſe, oſtenſum eſt, de tertia illa arca ut intelligatur, cauſſæ nihil eſt. Non entis enim nulla accidentia eſſe, Philoſophorum ſcholæ docent. Et, ſi de tribus arcis quibusdam majoribus etiam conſtaret, ne ditiſſimam quidem tertiam eſſe potuiſſe ex eo manifeſtum eſt, quòd menſe Niſan, quô tempore arcarum exoneratio fiebat, aliunde è Medina afferendi aurei Darbonot, nondum advecti eſſent, quorum acceſſione demum præ cæteris opum ditior haberi poterat, prout ſupra diximus. Res igitur ipſa docet, vocem שלישית ad תרומה referendam eſſe, ſeu, ad eam nummorum ſummam, quam tertiâ vice è conclavi proferebant, & hanc quidem in Gemaræ verbis intelligendam eſſe, ipſa cauſſa oſtendit, cur ditiſſima dicatur, שהיו בה דרבונות זעב, *quia nempe in ea erant Darbonot aurei.*

Alterum illud eſt, quod Gemara addit: שהיו בה איצטלי זהב. Id quomodò verterem, hæſi. Si *ſtolas aureas* dixero, vix cuiquam perſuaſero, non dicam in tribus arcis, aut earum aliqua, *Maimonidi* majoribus dictis, veſtes aureas aſſervatas eſſe, cùm ejusmodi nullas prorſùs dari oſtenderimus; ſed ne quidem in eô conclavi cuſtoditas fuiſſe, in quod ſicli repoſiti erant. Neq; enim nullus locus reliquus in Sanctuario erat, quô recondi ſtolæ illæ meliùs potuiſſent, & majori in pretio, opinor, habitæ fuere, quàm ut nummis illis adjicerentur. Novi equidẽ, ſcho-

lia

lia *in Talmud Hierosol.* איצטלי per *vestes* exponere : ignoro tamen, nec pudet me fateri, quò digitum intendant, aut quid rei nummis illis cum vestibus aureis. Etsi enim videri quidem posset, *Josephum Lib. VII. de bello Cap. XI.* (aliis Lib. VI. Cap. XXIX.) Gemaram nonnihil illustrare, dum ait : Εκαιον δὲ καὶ τὰ γαζοφυλάκια, ἐν οἷς ἄπειρον μὲν χρημάτων πλῆθος, ἄπειροι δ' ἐσθῆτες, καὶ ἄλλα κειμήλια &c. *Incendebant etiam gazophylacia,* (seu arculas) *in quibus magna vis erat pecuniæ, ac plurimum vestium, aliaque cimelia*, non tamen tam de gazophylaciis pecuniæ sacræ, quàm de arcis aliis, sermo ei esse videtur, in quibus pretiosiorem supellectilem, ab hostium rapinis tutam conservari posse, perterriti cives credebant, si in Sanctuarium eam abdidissent, quod ipsum sequentia *Josephi* verba hæc indicare satis arbitror, συνελόντι δ' εἰπεῖν, πᾶς ὁ Ιουδαίων σεσώρευτο πλοῦτος, ἀνασκευασμένων ἐκεῖ τῶν οἴκων τῶν εὐπόρων. *Ut breviter dicam, omnes Judæorum divitiæ colligebantur, quod opulentissimus quisque illuc totas domos exhauserant.* Sed ut tandem concludamus, omnem difficultatem, in *Gemaræ* verbis explicandis, fecisse nobis, arbitror, vitium aliquod typographicum, quod à longo jam tempore, præter editionem Talmudis Amstelodamensem, alias etiam depravasse videtur. Suspicamur enim, loco τοῦ איצטלי, legendum esse איסתרי, in quo conjecturam nostram non parùm juvat *Baal Jalcut pag. 106. 1.* qui eadem Gemaræ verba ita repetit: זו היתה עשירה מכולם שהיו בה איסתירות של זהב ודרבונה של זהב מפני שמצרפים שקלים לדרבונות מפני משוי הדרך. *Hæc erat ditissima omnium, quia in ea stateres aurei fuerunt, & Darbonot aurei. Commutabantur enim sicli in Darbonot propter onus viæ.* Nec in eo dubitare nos ampliùs sinunt verba *Tosiphtæ Schekal. Cap. II.* è quo dubio procul *Jalcut* editionem Talmudis correxit, gravissimumque mendum sustulit. Æquè enim locô איצטלי legit איסטראות, nostramque conjecturam egregiè confirmat.

פרק ד — CAPUT IV.

משנה א׳ — MISCHNA I.

בתרומה מה היו עושין בה לוקחין בה תמידין ומוספין ונסכיהם העומר ושתי הלחם ולחם הפנים וכל קרבנות

Quid cum pecunia illa, quam tribus arcis singulis vicibus è conclavi sumebant, factum est? Emebant ex ea sacrificia quotidiana, Mussaphin, &li-

הציבור שומרי ספחים גם
בשביעית נוטלין שכרן פט
מתרומת הלשכה ר׳ יוסי
אומר מתנדב שומר חינם
אמרו לו אף אתה אומר גם
שאינן באין אלא משל ציבור:

& libamina eorum, Omer, duos panes, panem facierum, & omnia ſacrificia Eccleſiæ: Ii porrò, qui ſpontè renaſcentia Annô ſeptimô cuſtodiebant, mercedem ex eadem accipiebant. R. Joſe licuiſſe cuſtodi, inquit, gratis ea cuſtodire, ſi ita voverit, (*& Omer duosq; panes ejus fuiſſe*:) Regeſſerant autem ei *Magiſtri*: Atqui tu ipſe fateris, (*Omer & duos panes*) aliis ex ſumtibus non veniſſe, quàm Eccleſiæ.

ANNOTATA.

Sacrificia quotidiana.] Singulis diebus offerre ſacrificium ſolebant, quod, quale fuerit, è *Maimonide* videbímus. Ita autem ille *Hilch. Tamid. Cap. I.* מצות עשה להקריב כ׳ כבשים עולת בכל יום ויום והם נקראים תמידין א׳ בבקר וא׳ בין הערבים שנא׳ שני׳ ליום עולת תמיד *Præceptum affirmativum eſt, quotidiè duos agnos in holocauſtum offerre, qui dicuntur Tamidin; alterum mane, veſperi alterum, ſicut dicitur: Duos in die jugiter.* Exod. XXIX, 38. Mactabatur autem alter, קודי שתעלה החמה משיאיר כל פני המזרח *antequam ſol ortus fuerat, & omnes Orientis facies illuminârat, ad crepuſculum puta.* Alter verò ſole occiduô משיאריך הצל. Ad eorum igitur uſum, quorum magna quotannis copia requirebatur, inter alia etiam, pecunia illa, quam è conclavi tribus arcis hauriebant, impendebatur, cujus rei teſtimonium *Nehem. X, 33.* ſat dilucidum habemus. Cauſſam autem attuliſſe unà utile erit, cur pecuniam illam, inter alia, etiam ad Tamidin impenderint. Eam è *Pſikta rabtki Parſch.* כי תשא exponemus. Ait enim, להיכן היתה תרומה הלשכה לוקחין בה תמידין משל כל ישראל מן השקלי׳ שהיו שוקלין למה כדי שיהיו כל ישראל שותפים בו:, *Juge ſacrificium comparatum eſſe ex ea pecunia, ſeu ex ſiclis, quos totus cœtus Iſraëlis ſolverat, ut & ſinguli in eo ſacrificio partem quandam haberent.* Id autem quæri hîc poſſet, cùm Joaſi ævô, ad ſarciendas Templi Jovæ ruinas omnem pecuniam inſumſerint, è quanam Tamidin, ſeu juge ſacrificia, coëmta fuerint? Præviderat autem hoc dubium

bium doctissimus *Kimchius*, ad quod solvendum loquentem eum audiemus. Ita igitur respondet ille II. Reg. XII. ואם תאמר כיון שנתנו השקלי׳ לבדק הבית ממה היה להם התמידים באותה שנה שהיו לוקחי׳ אותן בכל שנה מתרומת השקלים ונראה כי נתרשלו מלהביא אותה תרומ׳ אותן השנים שמלכה עתליהו והיה לבם ועבודתם לבעלים ולא לבית י״י ולא היו מעלים עולות תמיד כמו שאומר בדברי הימים ויהיו מעלים עולות תמיד בבית י״י כל ימי יהוידע נראה כי קודם לכן לא היו מעלים תמיד ומפני זה הוצר יהואש להחזירם ולהעביר קול ולהביא משארת י״י והטובים שבהם שבו אל י״י בכל לבם והביאו מה שהם חייבין מהשנים שעברו והספיק לזה ולזה. *Quòd si verò interrogaveris, undenam, cùm omnes siclos ad restaurandam domum impenderint, Tamidin, illô annô acceperint? Aliàs enim è congesta siclorum summa ea coëmerant; ita respondendum mihi videtur, per eos quidem annos, quibus Atalia regnavit, segniores fuisse Judæos in offerenda pecunia illa, animumq; suum ad cultum idolorum adjecisse, nec cogitasse de domo Dei, nec juge sacrificium obtulisse, idq; ex his verbis II. Paral. XXIV. 14. liquidò constare puto*: Et offerebant holocausta in domo Domini jugiter cunctis diebus Jehojada &c. *quibus evidenter innui arbitror, Judæos antea juge sacrificium non obtulisse, proptereaq; Joasum coactum esse, ut ad frugem eos reduceret: publicoq; præconiô moneret, munus Deo offerrent. Pii igitur inter eos, qui totò corde ad eum reversi sunt, libenter, quod à præcedentibus annis debebant, obtulerunt, adeò, ut congesti nummi & ad reficiendam labem domus, & coëmenda Tamidin suffecerint.* Hæc ille, quamvis *Abarbineli in Libb. Reg.* aliud prorsus videatur, qui etiam tum temporis vel ipsos agnos ad Tamidin usum eos vovisse, vel tantum argenti obtulisse arbitratur, è quo coëmerentur.

Mussaphin.] Vocabantur ita sacrificia sabbatorum, Neomeniarum, & festorum solennium, quia iisdem plus offerre solebant, quàm aliás consueverant, qua de re vide *Maimonidem in Hilch. Tamidin* prolixioribus. *Philonem* interea adduxisse sat erit, è cujus Libro de Victimis ab initio seqq. mutuamur. Θαυμαστὴ δ' ἡ τούτων τάξις ἐστίν· Αἱ μὲν γὰρ ἀνάγονται καθ' ἑκάστην ἡμέραν, αἱ δὲ ταῖς ἑβδόμαις, αἱ δὲ νουμηνίαις καὶ ἱερομηνίαις, αἱ δὲ νηστείαις, αἱ δὲ τρισὶ καιροῖς ἑορτῶν. καθ' ἑκάστην μὲν οὖν ἡμέραν δύο ἀμνοὺς ἀνάγειν διείρηται, τὸν μὲν ἅμα τῇ ἕῳ, τὸν δὲ δείλης ἑσπέρας, ὑπὲρ εὐχαριστίας ἑκάτερον. τὸν μὲν ὑπὲρ τῶν μεθ' ἡμέραν

ἡμέραν, τὸν δὲ ὑπὲρ τῶν νύκτωρ εὐεργεσιῶν, ἃς ἀπαύστως καὶ ἀδιαστάτως τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ὁ θεὸς χορηγεῖ· Ταῖς δὲ ἑβδόμαις διαπλασιάζει τὸν τῶν ἱερείων ἀριθμὸν, ἴσα προστιθεὶς ἴσοις, ἰσότιμον ἡγούμενος τὴν ἑβδόμην αἰῶνι, ἣν καὶ γενέθλιον τοῦ κόσμου παντὸς ἀνέγραψε. Eſt in his ordo mirificus. Nam alia ſunt quotidiana, alia recurrunt ſeptimò quoq; die, alia cum ſacratis Noviluniis, alia jejuniorum tempore, alia tribus feſtis præcipuis. Itaq; agni duo, juſſu Legis mactantur quotidiè, manè, ac ſub veſperam, uterq; cum gratiarum actione, alter pro diurnis, alter pro nocturnis beneficiis, quæ indeſinenter Deus largitur humano generi. Is numerus duplicatur ſeptimò quoq; die, ut par pari addatur, in æternitatis honorem, quòd ſeptimus dies Mundi natalis ſit.

Libamina eorum.] Etſi hæc lippis notiſſima ſint, nolui tamen nihil è *Maimonide* ſubdere, quàm prorſùs tacere. Ita verò ille *Hilchot Maaſs.Korban Cap.II.* היין והסולת שמביאין עם הקרבן נקראים נסכים והסולת לבדה נקראת מותר נסכים. *Vinum & ſimila, quæ cum ſacrificio afferuntur, vocantur Libamina; ſimila verò ſeorſim, vocatur* מותר נסכים, *ſeu reſiduum libaminum.*

Homer.] Præceperat Deus, ut in terram Canaan introducti Judæi, ſi meſſem facerent, ſuæ meſſis primitiarum manipulum ad Sacerdotem afferrent, *Levit. XXIII. 10.* Decimô ſextô itaque menſis Niſan agnum Jovæ offerebant cum manipulo, quem alibi colligere non licebat, niſi in terra Iſraëlitica: Urgente tamen neceſſitate, aliunde eum petere etiam permittebatur, *Maſſ. Menachot p.64.2.* annotante: מצות העומר להביא מן הקרוב לא ביכר הקרוב לירושלים מביאין אותו ממ״ מעשה שבא מגגות צריפין ושתי הלחם מבקעת עין סוכר: *Præceptum de manipulo eſt,* (ſequimur autem verſionem Clariſs. Lightfooti) *ut adducatur à loco aliquo propinquo. Quod ſi non matureſcit in loco aliquo prope Hieroſolymam, adducunt à loco quovis alio. Factumq; aliquando eſt, ut petitus fuerit manipulus primitiarum à Gaggot Zeriphin, & duo panes à valle Een Sychar.* (locis quibusdam, qui longè diſtabant Hieroſolymis.) Quibus autem ritibus falcem in ſegetem miſerint, lectusque fuerit novarum frugum manipulus, ulterius jam è *Maß. Menachot* dispiciemus. Ita igitur factum id legitur Cap. VI. כיצד היו עושין שלוחי בית דין יוצאין מערב יום טוב ועושין אותן כריכות במחובר לקרקע כדי שיהא נוח לקצר כל העיירות הסמוכות לשם מתכנסות לשם כדי שיהא נקצר בעסק גדול כיון שהחשיכה אמר להן

בא השמש אומר הין בא השמש אומר הין מגל זו אומר הין מגל גו אומר
הין קופה זו אמר הין קופה זו אומר הין בשבת אומר להן שבת זו אומר
הין שבת זו אומר הין אקצור והם אומרים לו קצור אקצור והם אומרים לו
קצור ג׳ פעמים על כל דבר ודבר והן אומרים לו הין הין הין כל כך
למה לו מפני הבייתוסים שהיו אומרים אין קצירת העומר במוצאי יט.
קצרוהו ונתנוהו בקופות הביאוהו לעזרה והיו מהבהבין אותו באור כדי
לקיים בו מצות קלי דברי רמ״ וחכ״א בקנים ובקלבוס חובטין אותו
כדי שלא יתמעך נתנוהו לריחים של גרוסות והוציאו ממנו עשרון מ
שהוא מנופה בשלש עשרה נפה והשאר נפדה ונאכל לכל אדם ;

Quomodò autem id fiebat? Ministri, à Synedrio missi, egrediebantur vesperâ festum diem antecedente, ac spicarum capita, cùm adhuc seges in agris erat, in manualem fasciculum colligabant, ut levi negotiô demeti possent. Omnes autem urbes vicinæ magno cum strepitu ibi congregabantur, ut cum curâ spicarum fasciculus ille demeteretur. (Tria autem sata hordeorum per tres Viros metebantur.) *Vesperascente ergo cœlô quæsivit Messor ex eis. Occubitne sol? Respondebant. Ita! Et sic pariter interrogare solebat, an hæc falx sit? an hæc arca ista, in quam manipuli conjicerentur, cui semper respondebant, Ita! In Sabbato quærere ex iis præterea solebat, Demetamne in sabbato? idq; ter faciebat; ter autem unà responsum hoc tulerat, mete! idq; de qualibet re; respondebant enim ter, Ita! Ita! Ita! Eccur autem? Propter Bajethosæos, qui dicebant, nullam esse messem τῦ Homer ad exitum festi diei.* (vid. Maimonidem.) *Si aristas demessuerunt easq; in cistam posuerunt, in atrium perferebant, ubi ad ignē eas torrebant, ut præceptum de tosto confirmarent Levit. XXIII. 14. & sic quidem videtur τῷ R. Meier. Sapientes autem nostri ajunt, quòd cum calamis & caulibus eas primùm triturent, ne contundantur. Deinde imponebant eas sartagini fictili, & quidem perforatæ, ut ignis, vel calor undiq; penetraret, expandebantq; eas in atrio, ut ventô exsiccarentur, quô factô in molas fabarum fressarum eas miserunt, è quibus decimam partem acceperunt, quæ XIII cribrationibus cribrata est; reliquum autem redimebatur, & à quovis homine comedebatur, qui placentam ejus gratiâ debebat & à decimis liberabatur.* Conf. & Maimonidem in Hilch. Tamidin Cap. VII. Singulis autem annis Homer offerebant, & quidem è novis semper frugibus, qua de re videantur Rabbini. Annô septimô verò cùm terram excolere non licuerit, è cujus reditu depromi Homer poterat, è sponte renascentibus manipulos colligebant, certis custodibus constitutis, qui, cùm publico omniumque usui illô annô pronata relinqueren-

querentur, aliquam ſaltem eorum partem contra feras & egenos tuerentur. Certum autem pro labore aſſignabant eis præmium, quod è ſiclorum ablata ſumma accipiebant. Iis ipſis igitur nummis, quos ob laborem cuſtodes ferebant præmium, manipulum primitiarum coëmiſſe credebatur cœtus. Ait enim Maimon: אותן המעות שנותנין להם בשכרם הוא כאלו קונין בו העומר ושתי הלחם, *Nummi illi, quos mercedis locô cuſtodes accepere, aliter non habebantur, ac ſi manipulum, & duos panes, ex iis, coëmiſſet Eccleſia.*

Gratis ea cuſtodire, ſi ita voverit.] Aliud Synedrio videbatur, quod à nemine ſponte renaſcentia absque præmio cuſtodiri poſſe volebat. Ut enim plerunque pœnitet eſſe probum: ita fieri facilè poſſe ſuspicabatur, ut eam, quæ in tuendis iis requirebatur, diligentiam non adhiberent cuſtodes, niſi ſpe præmii allecti. Juvat *Maimonidem* audire *Cap. IV. Hilch. Schekalim:* מי שהתנרב לשמור בחינם אין שומעין לו מפני בעלי זרוע שמא יבאו ויטלום מהן לפיכך תיקנו להם חכמים שיטלו שכר מן הלשכה כדי שיפרשו הכל מאותו מקום שאלו שומרים שם. *Qui ſponte renascentia gratis cuſtoditurum ſe vovit, neutiquam impetrare id potuit; metuendum enim erat, ne, qui autoritate viribusq; pollerent, certam eorum partem vi auferrent. Mercedem igitur conſtitui iis è conclavis reditu voluere Magiſtri, ut omnes ſingulosve* (nullius conditionis vel dignitatis ratione habitâ) *ab eo, quem cuſtodiunt, loco abigerent.* Cœterùm ita quoque Mischnæ noſtræ verba מתנרב שומר חנם exponi poſſe videntur, *eum, qui Omer oblaturum ſe voverit, gratis cuſtodire potuiſſe*, quâ quidem ratione Magiſtrorum reſponſum, commodiori ſenſu, ad præcedentia referri, & cum iis connecti, penitus mihi perſuadeo. Contradicere enim ſibi ipſi R. Joſen affirmabant Magiſtri, dum utrumq; horum concederet: *Ex totius Eccleſiæ ſumtibus Omer neceſſariò coëmi debuiſſe, & tamen non neceſſariò coëmi debuiſſe*, quod poſterius ex eo ſequi, inquiebant, quia privati (cuſtodis nempe illius, qui id laboris gratis in ſe ſuſcepit) ſumtibus Omer quoque offerri potuiſſe ſtatuebat, ejusdem apud Deum valoris, ac ſi tota Eccleſia communi nomine ſumtuque obtuliſſet. Quòd ſi autem ſolius Cuſtodis Omer illud erat, nec ullam in eo partem tota Eccleſia habebat, cùm, quod quisque è ſponte renascentibus cepiſſet, ſoli ſibi jure vendicarit, quomodò totius cœtus ſumtibus offerri poterat? Et, ni fallor, ſatis acutè hic concludebant Magiſtri, ſi ea R. Joſe mens fuit & ſententia, totius Eccleſiæ impenſis, Omer, & duos panes comparandos fuiſſe, non alienis. In eam autem ſententiam inceſſiſſe R. Joſen, ſuô

calculô testatur doctissimus *Maimon ad Mischnam* : א״ר יוסי כי מי שהתנדב לשמור בחינם שהעומר. ושתי הלחם שלו בלי ספק לפי שהם הפקר והוא שומרה בלא שכירות והביאן שמותר להקריבן והצבור יוצאין בהם ידי חובתן אם כן הוא סובר שמשתנה קרבן יחיד לקרבן צבור והלקו עליו חכמים בזה ואמרו לאו אתה מודה כי העומר ושתי הלחם אינו באין אלא משל צבור ואיך יתנדב אותן יחיד: *Credebat R. Jose, Omer & duos panes absq; dubio ejus fuisse, qui gratis sponte renascentia custoditurum se vovisset, tum quòd publico omnium usui ea patuerint, tum verò quòd absq; mercede custodierit, eaq; in sacrificium offerri potuisse; id enim licuisse, ajebat, totamq; Ecclesiam officii sui partes ita implevisse; quô ipsô arbitrabatur, sacrificium particulare commutari posse in sacrificium totius Ecclesiæ, quæ res dissentiendi ab eo ansam Magistris dedit*, ut propriô eum jugularint gladiô, *dixerintq; : Nonne tu ipse fateris, Omer, & duos panes, aliis ex sumtibus non venire, quàm Ecclesiæ; quomodò igitur privatus oblaturum se ea in sacrificium vovere poterit?*

ב

פרה ושעיר המשתלח ולשון של זהורית באין מתרומת הלשכה. כבש פרה וכבש שעיר המשתלח ולשון שבין קרניו ואמת המים וחומת העיר ומגדלותיה וכל צורכי העיר באין משירי הלשכה. אבא שאול אומ׳ כבש פרה כהנים עושין אותו משל עצמן:

II.

Redibat porrò ex illa pecunia Vacca rubra, hircus emissarius, & lingua coccinea. Gradus autem vaccæ, & hirci emissarii; lingua item, quæ erat inter cornua ejus, aquæductus, mœnia urbis, & turres ejus, ac omnia urbis necessaria fiebant è residuo conclavis. Abba Saul ait, gradum vaccæ Sacerdotes ex propriis sumtibus extruxisse.

ANNOTATA.

Vacca rubra.] Coëmebatur ex eadem quoque pecunia vacca rubra, quam Sacerdos, in monte Oliveti, è regione portæ Orientalis, comburebat, qua de re prolixè videatur *Maimon Hilch. Para. Cap. III.*

Præter ea autem, quorum Miſchna meminit, ex eadem ſiclorum congerie, varia ſtipendia & mercedes nonnullis ſolvebantur, quam in rem utile erit Gemaram Cap. IV. audire: אמר ר׳ הונא בשם ר׳ שמואל תלמידי חכמים המלמדין את הכהנים הילכות שחיטה והילכות קבלה והלכות זריקה נוטלין שכרן מתרומת הלשכה · יצחק בר רטיפה אמר מבקרי מומי קדשים נוטלין שכרן מתרומת הלשכה · ר׳ אחא ור׳ תנחום בר חייא בשם ר׳ שמלאי מגיהי ספר עזרה נוטלין שכרן מתרומת הלשכה · גידול בר מיניומי בשם ר׳ אסי אמר שני דייני גזירות נוטלין שכרן מתרומת הלשכה · שמואל אמר נשים האורגות בפרוכת נוטלין שכרן מתרומת הלשכה. *Ait R. Hunna nomine R. Samuelis, Diſcipulos Sapientum, qui immolandi, ſanguinem excipiendi, & ſpargendi ritus, Sacerdotes docebant, ex arcarum illarum pecunia mercedem accepiſſe. Iſaac F. Rethipha inquit, & eos, qui in nævos ac vitia ſacrificiorum inquirebant; R. Acha & R. Tanchum F. Chaija nomine R. Schimlai, eis quoq; ſtipendia inde numerata, inquiunt, qui libros, Hieroſolymis conſcriptos & quibus in Sanctuario utebantur, corrigebant.* (Talmud Baſileenſe legit ספר עזרא *Librum Esdræ* vitiosè tamen, meô judiciô) *Gidol. F. Miniumi, nomine R. Aſi, ait, & eos, qui judicia rapinarum Hieroſolymis exercebant: Samuel ait, & muliercułas, quæ vela Sanctuarii texebant.* Conf. Maſs. Chetubot p. 106. His ipſis autem Maimon Cap. IV. Hilch. Schekalim fœminas illas annumerat, נשים המגדלות בניהן לפרה אדומה, quæ uterô graves certa Atria, petris inædificata, Synedrii juſſu incolebant, ut partum ibi enixæ, à teneris ſtatim unguiculis filios ſuos educarent, eosque à contactu ſepulchri immunes ſervare poſſent, quò in promtu forent, qui à morticinio pollutos, ipſumque Sacerdotem, qui vaccam rufam comburebat, aſpergerent, de qua conſuetudine vid. *Maimonides Cap. II. Hilch. Para.* Nec verò certum, iis, & æquale ſemper præmium pro labore aſſignatum erat: ſed ex Synedrii arbitrio res unicè pendebat; quod, ſi neceſſitas ita poſtulaſſet, pro lubitu egeſtati eorum mederi poterat, *Maimonide* annotante: וכמה הוא שכרן כמו שיפסקו להן ב״ד *Quantum autem mercedis locô acceperant? Quantum Synedrio viſum erat.* Hinc etiam factum eſt, ut & publici Librarii, qui codices, Hieroſolymis deſcriptos, corrigebant, & Judices, qui de rebus raptis ſententiam dicebant, ultra ſolitum aliàs ſtipendium, magnis impenſis ex ærario ſacro ſuſtentati fuerint, quod ipſum & ingratiis eorum fieri poterat. Ita enim Maimon l. c. וכמה היו נוטלים צ׳ מנה בכל שנה ואם

לא חספיקו להן אעפ שלא רצו מוסיפים להן כדי צרכן הם ונשיהם ובניהם ובני ביתן. *Quantum autem erat annuum eorum ſtipendium? Nonaginta minæ; & ,ſi eædem non ſuffeciſſent, præter voluntatem eorum tantum iis addebatur, ut ſe cum conjuge, liberisq;, & tota familia alere potuerint.* Conf. Smag. p. 122. col. 3. Inter cætera autem, quæ ex his nummis ſuppeditata dixi, veſtes Sacerdotales; Sal, quô ſacrificia condiebantur, ligna, aliaque emī poterant, ſi Maimonidi credendum eſt, quem l. c. pluribus vide.

Lingua coccinea.] Ad alia ſæpiùs, ob analogiam quandam, vocabulum לשון adhiberi, notum eſt *ex illo Jehoſ. XIIX, 19.* ubi *lingua maris ſalſi* ſinum denotat, formam linguæ habentem. Hîc loci *lingua coccinea* dicitur dibaphum coccineum in linguæ figuram elaboratum, quod ad combuſtionem vaccæ adhibebatur. Simpliciter autem hîc lingua coccinea vocatur, ad differentiam alterius texti, quod capiti hirci emiſſarii appenſum eſt, & quæ ipſa, ratione diverſi ponderis, diſtingui ſolita ſunt, *Gemarâ noſtrâ p. 6.* atteſtante, & *Jomâ p. 41. 2.* אמר ר׳ יוחנ שלש לשונות שמעתי א׳ של פרה ואחת של שעיר המשתלח ואחת של מצורע אחת משקל עשרה זוז ואחרת משקל ב׳ סלעים ואחרת משקל שקל ואין לי לפרש כי אתא רבין פירשה משמיה דר׳ יונתן של פרה משקל י׳ זוז ושל שעיר המשתלח משקל שני סלעים ושל מצורע משקל שקל. *De tribus linguis audivi, de lingua vaccæ, hirci emiſſarii, & leproſi, quarum una decem Suſin ponderabat, altera duos Selaim, tertia verò ſiclum. Quænam autem earum vel major vel minor fuerit, definire non poſſum. Cum tamen Rabin veniſſet, nomine R. Jonatanis rem ita expoſuit, linguam vaccæ decem ponderaſſe ſuſin; hirci emiſſarii duos Selaim; leproſi autem, pondus unius ſicli habuiſſe.*

Gradus autem vaccæ, & hirci emiſſarii.] Ut à ſepulchrorum immunditie ſartus tectus conſervaretur Sacerdos magnus, Vaccam rufam combuſturus, Xyſtus, ut ſic appellem, conficiendus ei erat, magnifica quædam moles arcubus quadratô lapide erectis innixa, כבש Talmudiſtis vocata, quam ſuper vacca ducenda erat: Erat autem & alius ejusdem nominis, per quem Hircum emiſſarium deducebant, Babyloniorum cauſsâ, qui, longioris moræ impatientes, crines ei frequenter vellicabant; cui malo ut obviam irêtur, pontem ſublicium, à Monte Templi ad Olivarum montem, exſtruebant; à quo Babylonii excluſi hircum tangere non poſſent, ac tutus cum eo ingredereretur, qui ad deſertum eum deducturus erat. Ita enim *Maimon*

Cap. IV. Hilch. Schekalim : כבש היו בונין מהר הבית להר המשחה שעליו היו מוציאין פרה אדומה וכבש שמוציאין עליו שעיר המשתלח ושניהם נעשין משירי הלשכה, *Gradum exſtruebant à monte Domus ad montem Oliveti, per quem Vaccam rufam deducebant, itemq; alium, per quem hircus emiſſarius eductus eſt: Uterq; autem è reſiduis nummis conclavis fiebat.* Vide eundem ad Miſchnam cum doctiſſimo Seringhamio in Joma p. 134.

Lingua item, quæ erat inter cornua ejus.] Ad frontem hirci emiſſarii apponebatur, è qua, ſi ſponte ſuâ albeſcebat, peccata populi remiſſa eſſe, cognoſci poterat. Quamvis autem in Miſchna definitum abunde ſit, è quibus nummis textum illud unà confectum fuerit, contrarium tamen ſentit *Maimonides Hilch. Schek. Cap. IV.* פרה אדומה ושעיר המשתלח ולשון של זהורית שקושרין בין קרניו כל אלו באים מתרומת הלשכה. *Vacca rubra, hircus emiſſarius, & lingua, quæ eſt inter cornua ejus, omnia illa veniunt è reditu conclavis,* ſeu, ex ea nummorum ſumma, quæ, tribus arcis ter quotannis concluſa, è conclavi depromebatur. Quô jure hæc ſtatuat, viderit ille. Aliud Bartenoræ videtur, qui in ſuo ad Miſchnam Commentario ita: והני אינם צריך קרבן לפיכך אינם באים מתרומה שהופרשה לשם קרבנות אלא ממה שנשתייר בלשכה אחרי הפרש' התרומות. *Et hæc quidem* (nempe lingua coccinea, quæ eſt inter cornua ejus &c.) *non opus habent ſacrificiô; ideò etiam non veniunt ex illa nummorum ſumma, quæ ad ſacrificiorum uſum è conclavi depromta eſt: ſed ex illa pecunia, quæ in conclavi ſupererat, poſtquàm argentum jam ter ex eo ſublatum eſt.*

Aquæductus.] Non omnes Urbis canales intelligi hîc per אמת המים puto: ſed eos ſaltem, qui à Fonte Etam ducti, mirâ arte, per Terræ meatus, in Templum, longô viarum intervallô, ſeſe exonerabant, qui ipſi ſi vitium feciſſent, aut corrigi à gravi limo opus habuiſſent, ex eadem pecunia, quæ in conclavi, certâ ad ſacrificiorum uſum parte jam depromtâ, ſupererat, emendari poterant. Ita enim rem ipſe exponit *Ez hachaiim*: ואמת המים העוברות בעזרה אם צריכין תיקון *Canales, ii puta, qui Sanctuarium perfluebant, ſi correctione opus habuiſſent.* Nec tamen ullum dubium eſt, ad reliquos civitatis aquæductus ex eadem pecunia impenſas factas eſſe, cùm commune quaſi ærarium hoc fuerit, è quo civitati, ſi inopiâ rerum neceſſariarum confli-ctabatur, ſuccurri poterat.

Omnia urbis neceſſaria.] Ad collapſos ſcilicet pontes, aut, qui ruinam minabantur, exædificandos, plateas, viasque publi-

cas

cas emendandas, custodiam urbis, aliasque res omnes, quibus civitati facto usus erat, eam adhibebant pecuniam, quæ ultra viginti septem sata, quibus quotannis utebantur, in conclavi remanserat. Et hæc quidem Bartenora ad Mischnam, cui Gemaræ verba addimus, quæ p. 6. leguntur: תני ר' יהודה גרוגרת קטורת וכל קרבנות הציבור באין מתרומת הלשכה מזבח הזהב וכל כלי שרת באין ממותר נסכים מזבח העולה וההיכל והעזרות באין משירי הלשכה, *Docuit R. Jehuda F. Gerugrot, suffitum, & omnia sacrificia Ecclesiæ è reditu conclavis venisse: Altare aureum, & omnia vasa ministerii è residuo libaminum: Altare holocausti autem, & quæ ad Templi Atriorumq; ruinas sarciendas opus erant, è conclavis residuo.* Tosiphta Schekalim, altare aureum, vestesque Sacerdotales è residuo conclavis confecta, opinatur, quod vide Cap. II.

E residuo conclavis.] Notius est, quàm ut repeti debeat, quid sit ipsa תרומת הלשכה, & quid שירי הלשכה; supra enim *Cap. III.* totam rem prolixè, è Maimonidis mente exposuimus, sparsimque sæpius indicavimus, Bartenoræ שירי הלשכה, idem esse, ac nummorum residuum, quod ultra XXVII. sata in conclavi relinquebatur. De ipsa autem voce שירי id obiter notetur, mox unô, mox duobus Jodin eam scribi, & idem significare ac השארה ויתרון, ut *Elias in Tisbi* exponit, quæ strictiori sensu Capitulis Patrum recepta est, ubi Simeonem justum משירי כנסת הגדולה *è reliquis Synagogæ magnæ* fuisse legimus, i. e. juxta *Nachalat Abot*, אחרוני ultimum ex eorum numero, cui *Zemach David* quoque adstipulatur, *p. m.* 25. והוא האחרון מאנשי כנסת גדולה שכן אמרו במשנה ראש פ״ק דאבות שמעון משירי אנשי כ״ג *Erat autem ille ultimus ex viris Synagogæ magnæ: Ita enim ajunt in Mischna ab initio Cap. I. Abot; Simeon erat ex reliquiis Synagogæ magnæ*, quod ideò monendum esse duximus, ut vel brevî indicaremus, alteram horum verborum è Capitulis Patrum expositionem, quam doctissimus *Taylerus* sequitur, nobis neutiquam arridere. Nec enim videntur mihi verba hæc משירי כ״ה eò deflecti posse, ut sensum eorum commodè hunc esse credam, ac si *e principibus Synagogæ magnæ* Simeon justus fuerit, cùm & inter שרי, & שיירי magna intercedat differentia, nec Rabbini ipsi etiam hunc sensum ex his verbis unquam exsculpserint, etsi non ignorem, Simeonem hunc, Virum magni nominis fuisse, summi Sacerdotis, ut multi volunt, officiò functum.

Gra-

Gradum vaccæ Sacerdotes propriis ſumtibus extruxiſſe.] Credebat Abba Saul, quemlibet Sacerdotem magnum, quotiescunque vaccam rubram combureret, ſuis impenſis ὑπερῷον illud extruere debuiſſe, per quod Vaccam deducebat, nec integrum ei fuiſſe, ut eodem is uteretur, quod ab aliquo Collegarum ſuorum quoquô etiam tempore, erectum erat. Teſtem hîc ducimus Autorem *Pſikta rabthi pag. 25.* אבא שאול אומר כבש פרה כהנים גדולים עושין אותן משל עצמן ולא היה אי מהן מוציא פרתו בכבשו של חבירו אלא סותר וחוזר ובונה אותו משלו : *Abba Saul ait: Sacerdotes magnos, propriis ſumtibus, gradum Vaccæ exſtruxiſſe, nec ullum eorum vaccam ſuam in gradu ſodalis ſui eduxiſſe: ſed eum deſtruxiſſe priùs, aliumq; ſuis impenſis condidiſſe.* Imò verò notatu digna ſunt verba, quæ addit Toſiphta Schekalim Cap. II. בנאו הראשון ולא שמש עליו ומת אפי שלא שמש עליו אין חברו משמש עליו אלא סותרו ובונה אחר תחתיו *Si ante eum, Collegarum quis gradum jam exſtruxerit, qui, morte præventus, nunquam eô utebatur, non licet alteri Vaccam per eum deducere: ſed demoliri debet, aliumq; ejus locô exſtruere,* qua in re ſuô exemplô, Simeon juſtus præïviſſe iis, dicitur, qui duas vaccas combusſit, quas tamen in uno eodemque gradu non deduxit, Gemara teſte: שמעון הצדיק שתי פרות עשה לא בכבש שהוציא את זו הוציא את זו *Simeon juſtus duas vaccas combuſſit, nec unô eodemq; gradu eas deduxit.* Ultra ſexaginta autem Talenta auri, quemlibet ejusmodi Xyſtum conſtitiſſe, Gemara aſſerit, quapropter & R. Chanin, faſtus, ſingularisq; ὑπερηφανίας, Sacerdotes magnos incuſavit: אר חנין שחצות גדולה היתה בבני כהנים גדולים שהיו מוציאין בה יותר מששים ככרי כסף *Ait R. Chanin, prægrandi faſtu præditi erant Sacerdotes magni, quòd ultra LX. talenta argenti operi illi impenderant,* (Toſiphta Schekalim, & Pſikta rabthi, legunt של זהב) cujus vitii tantùm non ipſe Simeon juſtus reus habebatur; ita enim cum Pſikta ipſa Gemara: אית לך למימר עלאותו הצדיק שחץ היה ר' אבין בשם ר' אליעזר משום סילסול פרה *Dici poteſt de Juſto illo, ſuperbum eum fuiſſe, ac elati animi: R. Abin autem, nomine R. Elieſer, ait, in ipſius Vaccæ dignitatem & honorem factum id eſſe.* De ipſo autem כבש, ſeu machina illa hoc adhuc monendum eſt, prominentibus magnisque cancellis eandem, ex utroque latere, circumdatam fuiſſe, ne Sacerdotes pollui facilè poſſent, ſi ad latera longius paululum juſtô inceſſiſſent. Ita enim Gemara: תני

חויזין וכתלים היו יוצאין מכאן ומכאן כדי שלא יצאו הכהנים ונטמאו׃

Traditione accepimus, trabes & parietes utrinq; prominuisse, ne Sacerdotes egredi possent, & polluerentur.

ג

III.

מותר שיירי הלשכה מה היו עושין בהן לוקחין בהן יינות שמנים וסלתו' והשכר להקדש דברי ר' ישמעאל ר' עקיבה אומר אין משתכרין משל הקדש ולא משל עניים׃

Quid cum residuo nummorum in conclavi relictorum factum est? Emerunt ex eo vina, olea, & similaginem; lucrum autem, quod inde rediit, fisco sacro accrevit, ut R. Ismaeli videtur. R. Akiba autem ait, non licitum esse vel è pecunia sacra, vel è nummis pauperum, lucrum aliquod quærere.

ANNOTATA.

Quid cum residuo nummorum in conclavi relictorum factum est?] Utile erit *Bartenoræ* verba hîc adjungere, ut ipsa res evadat clarior. Ita autem ille rem exponit: מותר שירי הלשכה מה שנשאר אחר שנעשה מהן תקון צרכי העיר. *Motar schere hallischa dicitur id, quod ulteriùs è nummis illis remansit, postquàm jam omnibus in urbe necessitatibus ex illa pecunia subvenerant.*

Emerunt ex eo vina, olea, & similaginem.] Siquid nummorum ex illa summa, quam שירי הלשכה vocabant, ab eo tempore remanserat, quô necessitatibus publicis jam medebantur, vina, oleum, & similaginem coëmebant, venum iis iterum expositis, ut aliorum succurrerent inopiæ, qui vinô ad libamina opus habebant, oleôq; ad sacrificia vespertina. Nihil videlicet Judæis nostris antiquius erat lucrô, cui omnibus viribus per somnum etiamnum inhiant, ut mirum non sit, sedulò operam eos dedisse, ne unquam pecunia otiosa esset, aut vacua: sed è reditibus ærarium sacrum quotidiè augeretur. Id autem certè miraculi instar habendum est, tantam R. Akibam incessisse religionem, ut pium satis non crediderit cum pecunia sacra, vel nummis pauperum, lucrum aliquod quærere, & in eo quidem הלכה כר' עקיבא *omnium suffragiorum punctum illum tulisse.* Ecquid verò ad

hanc pietatem hominem impulerit, *Bartenora* indicat, qui dedecori id futurum, ærario ſacro, metuendumque fuiſſe, inquit, ne deceptus pauper fuerit. Vid. Maſs. Ketubot p. 106. 2.

ד

מותר תרומה מה״ היו עושין בר״ה רקועי זהב ציפוי לבית קדשי הקדשים. רבי ישמעאל אומר מותר הפירות קייץ למזבח ומותר התרומה לכלי שרת. ר׳ עקיבא אמר מותר התרומה קייץ למזבח ומותר נסכים לכלי שרת. ר׳ חנניה סגן הכהנים אומר מותר נסכים קייץ למזבח ומותר התרומה לכלי שרת: זה וזה לא היו מודים בפירות:

IV.

Quid cum reſiduo Trumæ ipſius factum eſt? Conficiebant ex eo laminas aureas ad obtegendum Sanctum Sanctorum. R. Iſmael ait, reſiduum fructuum ad æſtivandum altare adhibitum: reſiduum autem Trumæ ad vaſa miniſterii. R. Akiba ait, reſiduum Trumæ ad æſtivandum altare, & reſiduum libaminum ad vaſa miniſterii. R. Chanina viceſacerdos, inquit, è reſiduo libaminum altare æſtivari, è reſiduo Trumæ vaſa miniſterii confici: Neuter autem eorum quicquam de reſiduo fructuum meminit.

ANNOTATA.

Cum reſiduo Trumæ ipſius.] Quid cum ipſis nummis illis, qui tribus arcis ter quotannis deplebantur, actum ſit, ad principium hujus Capitis dictum eſt; quem autem in uſum converti debuerit ea nummorum ſumma, quæ in arcis illis ſupererat, nec ad coëmenda ſacrificia, redeunte menſe Niſan, quô novis reditibus Ærarium ſacrum auctum eſt, impendi penitùs poterat, hîc jam ulterius disquiritur. Ita autem Miſchnæ noſtræ verba intelligenda eſſe, ipſe Bartenora oſtendit, qui מותר התרומה היינו מה שנשאר בקופית בר״ח ניסן שאז מביאין קרבנות מתרומה חדשה *reſiduum Trumæ id vocari*, inquit, *quod in arcis à principio menſis Niſan relictum eſt, à quo ſacrificia è novo Conclavis reditu oblata ſunt.* Benè igitur diſtinguendum eſt inter ipſam *Trumam*, & reſiduum ejus, inter *schere hallischa*, & quod ex eo relictum erat.

Lami-

Laminas aureas.] Quâ religione fana olim ſua coluerint Ethnici, Capitolium de ſeipſo indicio erat, quod non tantùm foribus inauratis nitebat, quæ aurô magni ponderis erant obductæ; ſed & faſtigiatis ſupra tectis purô aurô fulgebat, ut tanti ſplendoris nullum hodiè veſtigium reperiri poſſe, res ſit tantò magis admiratione digna, quantò plus intuentium oculorum aciem ante perſtringebat. Ipſum autem Sanctum Sanctorum apud Judæos, in quam admirationem quemvis rapuerit, ob ſummum ornatum, immenſamque auri molem, cum tanto aureorum vaſorum apparatu, Hiſtoricorum ſcripta qui volvit, ſciet. Præter ipſos enim aurô decoratos parietes, pavimentum etiam purô tegebatur aurô, ad cujus rei laminas conflandas reſiduum Trumæ adhibebant.

Reſiduum fructuum.] Credidit R. Iſmael, ex ea nummorum congerie, quæ in ærario ſacro è reſiduo conclavis relinquebatur, vina, olea, & ſimilaginem coemta eſſe, ipſumque lucellum, quod inde fecerint, fiſco ſacro accreviſſe. Et hoc ipſum quidem מותר פירות, ſeu *reſiduum fructuum* appellatum eſt, Maimonide ad Miſchnam docente:

כבר קודם לך כי ר׳ ישמעאל סבר כי מותר שירי הלשכה שלוקחין בהן
יינות שמנים וסלתות ויהיה שכרם להקדש אותו השכר הוא שקראן
אותו מותר פירות ר״ל כי אותו הדבר שהרויח בהן ניתוסף על דמיו:

Dictum eſt ſupra Miſchnâ III. arbitratum eſſe R. Iſmaelem, vina, olea & ſimilaginem è reſiduo ſchere halliſcha comparata fuiſſe. ac lucellum ex iis fiſco ſacro ceſſiſſe. Idipſum igitur, reſiduum fructuum appellat, quaſi diceret, ipſum illud lucellum nummis ejus ſuperadditum eſſe. Nec ab eo diſſentit *Bartenora*, qui קרוי מותר פירות כלומר מה שהותירו ונשתכרו *reſiduum fructuum vocari id, ait, quaſi quod ex fructibus illis, quos vendiderant, lucrati ſint, & reliqui fecerint.*

Ad æſtivandum altare.] Id eſt, ad coëmenda ex iis holocauſta, quibus zelum & pietatem ſuam Deo probarent, ſi nemo fuiſſet, qui ſingulari Religione ſacrificium voviſſet, quæ quidem loquendi ratio à metaphora quadam deducta eſt, quam *Maimonidis* verbis illuſtraſſe operæ erit pretium: פירות הקיץ ר״ל התאנים והענבים
ששוטחין ומייבשים אותם ואוכלין אותם בני אדם תוספת על
סעודתם ומפני זה נקראו הקרבנות הקרבין על המזבח יותר על
החיוב קיץ המזבח והם כולם עולות נדבות וזה משל צבור *Fructus æſtivi ſunt ficus & uvæ, quæ areſactæ & exſiccatæ ab hominibus auctarii*

loco inter reliquos cibos comedi solent; Et propterea vocantur sacrificia, quæ ultra debitum in altari offeruntur, fructus æstivi altaris, eaq; singula holocausta voluntaria sunt, & è sumtibus Ecclesiæ emuntur. Conf. Bartenoram, & doctissimum L'empereur ad Bava Kama p. 264. De eo cœterùm, quòd residuum Trumæ ad vasa ministerii adhibitum arbitrabatur R. Ismael, videri poterit Gemara cum Ez hachajim prolixioribus.

Et residuum libaminum] Lucellum puta, quod ex iis divenditis capi poterat. Ita enim Maimon ad Mischnam: הנסכים היה הקדש משתכר בהם והיה מתקבץ ממנו דמים יתרים והם נקראים מותר נסכים *Ærarium sacrum cum libaminibus quæstum exercebat, & magnam ex iis argenti summam colligebat, quod lucrum, residuum libaminum, dictum est.* Adscribenda autem præ cæteris puto *Bartenoræ* verba, qui sat dilucidè rem exponere nobis videtur: גזברי ההקדש היו ממציאין מעות לבעלי ייגות שמנים וסלתות לספק למנחות ונסכים כל השנה ואם קבל עליו לספק ג' סאין בסלע ועמדו ארבעה סאין בסלע צריך ליתן ד' סאין כראיתא בספ"ו ואותה סאה היא מותר נסכים וכן כשמודדין להקדש היו מודדין במדה מבורצרת וגדושה והגזבר היה מוחק המדה הבירוץ נקרא מותר נסכים ועושין מהם כלי שרת: *Thesaurarii, ærario sacro præpositi, argentum, quantum integrô annô ad libamina & sacrificia vespertina opus credebant, Viris illis suppeditabant, qui vina, olea, & similaginem vendebant. Quòd si igitur hi promisissent, se unius Sela pretiô, tria sata vendituros, eóq; tum quatuor sata emi poterant, quatuor dare tenebantur*, (ut ad finem Cap. dicetur) *ipsumq; satum illud* מותר נסכים, *vel, residuum libaminum, dictum est. Sic porrò, quando ærario sacro dimensum est,* μέτρῳ καλὸν πεπιεσμένῳ *fieri id opus erat, ipsamq; mensuram Thesaurarius abradebat, quod* ὑπέρμετρον *residuum quoq; libaminum vocabatur, è quo vasa ministerii fiebant.* Conf. Menachot p. 90.

ה

מותר הקטורת מה היו עושין
בה מפרישין ממנה שכר
האומנין ומחללין אותה על
שכר האומנין ונותנין לאומנין
כשכרן וחוזרי' ולוקחין אותה

V.

Cum residuo suffitus autem quid fiebat? Demebant è conclavis proventu mercedem artificum, & residuum suffitus eorum caussâ profanabant, idque mercedis locô eis dabant: Dein

מתרומה חדשה ואם בא החדש בזמנו לוקחין אותם מתרומה חדשה ואם לאו מן הישנה:

Dein autem denuò suffitum è novis conclavis reditibus ab iis emebant. Quòd si enim sicli novi in tempore exhibiti erant, ex iis eundē emebant; sin minus, è siclis præteritô añô congestis.

ANNOTATA.

Cum residuo suffitus.] Remanebant ex eo quotannis tres libræ, quas in usum sequentis Anni reservare nefas credebant Magistri, quia, mense Nisan, novi sicli, pro annua consuetudine, à toto cœtu exacti erant, è quibus ipsa sacrificia, suffitus, aliaque emi debebant, *Raschiô* monente *Mass. Keritut p. 5.* Iis igitur, qui suffitum præparabant mercedis locô residua ejus pars tradita est, quod quibus rationibus factum sit, sequentibus jam exponitur. Pro diversitate autem annorum, librarum etiam, quæ ex eo supererant, numerus variabat; Anno enim communi undecim remanebant, quot diebus scilicet Anni solares superabant Lunares, idque ipsum *Baal Tosephot* monuit in *Mass. Schebuot pag. 10.2.* ומשסה היה נשאר בכל שנה פשוטה י״א מנין כמניין ששנות החמה יתירים ע׳ל שנות הלבנה, *E 365. libris communi quovis Annô, undecim supererant, quot diebus nempe Annus Solaris Lunari major erat.* Annus Lunaris enim dies habuit 354. & horas ferè novem: Annus Solaris autem dies 365 præter quadrantem aut circiter, unde excessum vides, supra Lunarem, dierum undecim, quatuor aut circiter horis demtis, *Seldenô* docente *de Anno Civili Cap. I.*

Artificum.] Vocabulum אומן in genere aliàs quosvis significat, qui aliquam artem exercent: hîc autem in specie eos denotat, qui suffitum singulari operâ artificiôque præparare noverant. Ita enim *Raschi in Mass. Schebuot p. 10. 2.* cum doctissimo *Bartenora*, aliisq; מפרישין שכר האומנים מתרומת הלשכה שכר אומני בית אבטינס מפטמי הקטורת ראמר במסכ׳ יומא שהיו נוטלין בכל שנה שנים עשרה מנים. *Demebant ex ærario sacro mercedem artificum, eorum puta, qui è Familia Abtines orti suffitum præparabant, & singulis annis duodecim minas accepisse in Mass. Joma leguntur.* Conf. Gemaram nostram p. 6. col. 3. Et κατ' ἐξοχὴν quidem artifices eos dictos puto, ob singula-

ſingularem notitiam aromata ad ſuffitum præparandi, quam artem præter eos ſolos nemo nouerat. Ii enim herbam quandam longô rerum uſu cognitam habebant, quæ aromatibus permixta, ad formam baculi fumum ascendere fecit, *Seringhamiô ad Joma* notante p. 76. Alii per אומנים eos intelligunt המחזיקין את בדק הבית, *qui reparandis Templi ruinis operam dabant*, quos ipſe etiam Raschi *in Maſſ. Keritut pag. 6*, ſequitur, quem vide.

Quòd ſi enim ſicli novi in tempore exhibiti erant.] Ipſi Commentatores ita rem exponunt, *Bartenoræ* ſuffragiô:

אם בא החדש בזמנו שהביאו שקלי' חדשים קודם ר"ח ניסן שהוא זמן החדשה לוקחין מותר הקטורת מתרומה חדשה על ידי חילול: *Si nova truma ſuô tempore veniſſet, id eſt, ſi novi ſicli ante principium menſis Niſan exoluti fuerint, quô novis cenſibus ærarium ſacrum augeri ſolebat, ex iisdem reſiduum ſuffitus comparatum eſt, factâ prius, quæ procedere debebat, ejus profanatione*, quæ quô pactô ſe habuerit, paucis dicendum erit, ut Mischnæ noſtræ mens evadat clarior. E ſacris videlicet reditibus, laborum ſuorum merces, ſuffimentorum confectoribus ſolvebatur, argentô illô, quod aſſignatum iis erat, quæſtoris cujusdam fidei commiſſô, qui eodem, quod de ſuffitu ſupererat, redimebat, quô factô emta ea merx non ſacra ampliùs habebatur, qualis pecunia illa rurſus facta eſt: ſed profana. Ne igitur in profanos uſus & ſuffitum, quem mercedis locô accepere, operarii verterent, denuò è ſacra pecunia ab ipſis Sacerdotes eum mercabantur. Ad ulteriorem rei explicationem ipſa *Maimonidis* verba apponam, ſat perſpicua & dilucida: מתרומת הלשכה היו מפרישין ממנה שכר האומנים ומיד יחזור אותו השכר חולין בלא ספק ואחר כך מחללין המותר שנשאר מן הקטורת על שכר האומנין שחזר חולין ויחזור אותו השכר קדש ומחזירין אותו לתרומת הלשכה המותר שנשאר מן הקטורת חולין ותנתן להם בשכרן וחזרין ולוקחין אותו מהם בסוף השנה מתרומת חדשה ומסתפקין ממנה בשנה הבאה: *Demta ex ærario ſacro operariorum illorum merces, absq; dubio confeſtim profana reddita eſt. Ipsum quoq; reſiduum, quod è ſuffitu ſupererat, dein profanum fiebat mercedis eorum cauſſâ, quæ profanata antea, nunc denuò reſacrata ærario ſacro reddebatur. Reſiduum illud igitur, quod è ſuffitu reliqvum erat, hôc modo ad ſacros uſus ineptum, in mercedem iis traditum eſt, quod circa finem dein anni denuò ab operariis è fiſco ſacro redemtum, anno ſequente impendere licebat.* Conſ. Bartenoram. Riſum autem vix profectò continebit, qui

qui tot tantasque ambages factas legerit, necessitate nullâ requirente, nullâve Lege Divinâ, quibus compulsi ad tantas ineptias videri queant.

ו

המקדיש נכסיו והיו בהן בה
דברים ראויין לקרבנות של
הציבור ינתנו לאומנין בשכרן
דברי ר' עקיבא אמר לו בן
עזאי אינה היא המדה אלא
מפרישין מהן שכר האומנין
ומחללין אות' על מעות שא
האומנין ונותנין לאומנין בש
בשכרן וחוזרין ולוקחין אותן
מתרומת חדשה:

VI.

Siquis facultates suas ærario sacro legaverit, in quibus nonnulla fuerint, quæ ad sacrificia Ecclesiæ adhiberi poterant, operariis pro mercede tradita ea statuit R. Akiba: Disparem autem ejus rationem credebat F. Asai; Is enim operariorum mercedem ex iis demi dicebat, eaque ob nummos eorum profanari, & mercedis loco iis tradi, tandemque è nova siclorum congerie ab iis redimi.

ANNOTATA.

Siquis facultates suas ærario sacro legaverit.] Non opus est, quicquam hîc addere; facilis enim intellectu pericope hæc est è præcedente commate, quô benè perceptô rem totam manifestam, sensumque integrum fluere arbitror. Iis nempe, qui suffitum conficiebant, aliisque ejus generis operariis, in mercedem tradi ea solebant, quæ, singulari pietate quis motus, ærario sacro post mortem legavit, & ad Ecclesiæ sacrificia adhiberi potuerunt. Nec enim fas erat, eadem ipsa in sacrificio offerre, nisi ex Arcarum illarum pecunia coëmta, quam ad omnium sacrificiorum usum destinatam esse supra diximus. De modo autem & ratione, quâ id factum sit, hîc saltem quæritur, idque ipsum in diversas sententias F. Asai pertraxit, & dissentiendi à R. Akiba locum fecit.

Disparem autem ejus rationem credebat.] Occurrit eadem hæc loquendi ratio in Mass. Pesachim Cap. I. §. 7. ubi

rem

rem ipsam *Raschi* sic exponit : אי אתה יכול ללמוד את זו מדבריהן *Non potes hoc ex eorum verbis discere*, seu, falleris, si hoc ipsum ex eorum verbis sequi arbitraris, à quo non multùm recedit *Maimon, ad Mischnam*, qui phrasis hujus אינה היא המדה sensum hunc esse inquit, כי אין זה שוה לדין שדנין בקטרת ואינו הולד באותה דרך *non simile hoc esse judicto illi, quod de suffitu factum est, nec eâdem viâ, incedi posse*, seu, diversô modô hîc judicandum esse, cùm dispar sit ratio. Idque ipsum dilucidè satis confirmat *Bartenora* : אין זו מדה שאתה אומר כמדה האמורה לע״יל בקטורת *Non similis est hæc conditio, de qua sermo tibi est, illi, cujus de suffitu supra facta fuit mentio.* De exorta autem hîc controversia qui plura scire volet, adeat Maimonidem & Bartenoram in suis Commentariis.

ז

המקדיש נכסיו והיתה בהן
בהמה ראוידה לגבי המזבח
זכרים ונקבות ר׳ אליעזר
אומר זכרים ימכרו לצרכי
עולות ונקבות ימכרו לצרכי
זבחי שלמים ודמיהן יפלו עם
שאר נכסים לבדק הבית ר׳
יהושע אומר זכרים עצמן
יקרבו עולות ונקבות ימכרו
לצרכי זבחי שלמים ויביא
ברמיהן עולות ושאר נכסים
יפלו לבדק הבית ר׳ עקיבא
אומר רואה אני את דברי
ר׳ אליעזר מדברי ר׳ יהושע
שר׳ אליעזר השוה את ם

VII.

Si in bonis illis, quæ quis consecrabat, jumentum fuit, aptum ad altare, mares & fœmellæ, hos quidem divendi iis ait R. Eliefer, qui holocaustis opus habent: fœmellas autem iis, qui sacrificia pacifica debent, ipsamq; pecuniâ cum cæteris opibus ad restaurandum Templũ impendi. R. Jehosua mares ipsos holocausta offerri, inquit, fœmellasque ad usum sacrificiorum pacificorum divendi, & ex iis nummis holocausta coëmi : reliquas autem opes conjici ad reficiendam labem domus. R. Akiba ait, veriora sibi videri verba R. Eliesaris, quàm R. Jehosuæ ; eum enim mensuram suam æquasse, hunc verò eandem divisisse. R. Papius audivisse se ait, utriusque senti-

מידתו ור' יהושע חלק אמר ר' פפים שמעתי כדברי שניהן המקדיש בפירוש כדברי ר' אליעזר והמקדיש סתם כדברי ר' יהושע :

tentiam locum habere posse; eum enim, qui expresse & cum determinatione opes suas consecraverit, R. Eliesarem sequi: qui simpliciter & absolutè id fecerit, R. Jehosuam.

ANNOTATA.

Veriora sibi videri verba R. Eliesaris, quàm R. Jehosuæ.] Leguntur eadem hæc verba paucis mutatis & in Mass. Abot Cap. II. sensu tamen & significatione diversa. Ibi enim res huc redit: *R. Eliesaris verba summatim in se complecti aliorum verba*, id est, quæ ab aliis prolixioribus dicta sunt, compendiô quodam ab eo exposita esse. In nostra autem Mischnæ pericope, cum ratione magis congruere Eliesaris sententia dicitur, quàm R. Jehosuæ.

Eum enim mensuram suam æquasse, hunc verò eandem divisisse.] Obscurior paulò phrasis hæc est, quàm ut primô intuitu intelligi queat: Eam autem totam, ni fallor, antecedentia verba explicant. Arbitrabatur nempe R. Elieser, siquis opes suas Deo consecrasset, inter eas autem & jumenta comprehenderentur, sive masculi, sive sequioris, sexus, eorum nullum Deo in sacrificium dandum: sed divendendum esse, &, quod ex iis factum sit lucrum, æquè cum reliquis opibus ad reficiendam labem domus insumi. Diversum autem sentiens R. Jehosua, mares quidem in holocaustum Deo offerendos esse, censebat, fœmellas autem divendendas, & ad sacrificia nequaquam adhibendas, quodque ex ea pecunia rediret, cô mares redimendos esse, qui dein, holocausta, Deo mactarentur; cœteras autem opes ad sarciendas Templi ruinas conferri. R. Elieser igitur *mensurâ suam æquavit*, id est, sine discrimine æquè jumenta omnia, cujuscujus essent generis, divendi voluit, & cû reliquis opibus ad corrigenda Templi vitia impendi, petitâ forsan metaphorâ à mensoribus, qui æqualibus intervallis metiri quid solent: R. Jehosua verò *divisit*, id est, distinctione ab invicem factâ, jumenta quidem Deo offerenda esse, judicabat: reliquas autem opes ad reficiendam labem domus impendendas; Idque ipsum *Maimonides* docet his verbis: ר' יהושע חלק דברו ונתן סתם הקדשות קצתו לבדק הבית ומקצתו למזבח. *R. Jehosua rem suam divisit, ac nonnulla ex iis, quæ absolutè consecrata sunt, ad reficiendam labem domus dedit, nonnulla ad altare.*

ח.

המקדיש נכסים והיו בהן
דברי ראויין על גבי המזבח
יינות שמנים ועופות ר' עליאזר
אומר ימכרו לצרכי אותו
המין ויביא בדמיהן עולו'
ושאר נכסים יפלו לבדק
הבית :

VIII.

SI in facultatibus illis, quas quis consecravit, nonnulla fuerint apta ad altare, v.g. vina, olea, & aves, R. Eliesar divendi ea iis, inquit, qui eô rerum genere opus habent, ac ex pecunia illa holocausta emi; reliquum autem, quod ex opibus illis superſit, reparando Téplo inſumi.

ANNOTATA.

Non opus eſt, vel verbulum hîc addere, cùm res ipſa ſit perſpicua; quapropter absque ullis ambagibus ad ſequentia progredimur, ne tædio B. Lectori eſſe videamur.

ט.

אחת לשלשים יום משערין
את הלשכה׃ כל המקבל עליו
לספק סלתות מארבעה עמדו
משלש יספק מארבעה משלש
ועמדו מארבעה יספק
מארבעה שיד הקדש על
העליונה ואם התליעה סולת
התליעה לו ואם החמיץ יין
החמיץ לו ואין מקבל את
מעותיו עד שיהא המזבח
מרצה:

IX.

SEmel quolibet menſe taxatur conclave. Quicunque proſpecturum ſe de ſimila, & quatuor ſata pro uno Sela venditurum promiſit, eôque tria dein venerint, quatuor emetiri debebat; & qui tria ſata unô Sela venditurum ſe pollicitus eſt, eôque quatuor dein venere, quatuor dare tenebatur, quia manus fiſci ſacri ſuperior eſſe ſolet; &, ſi ſimila vermes produxit, ſuô damnô id factum eſt, ſi vinum acuit, ſuô damnô acuit. Nec verò nummos ſuos priùs accipiebat, quàm altare placaverit.

ANNO-

ANNOTATA.

Semel quolibet mense taxatur Conclave.]

De certo, puta, pretio paciscebantur ærarij sacri præfecti, cum iis, qui vinum similamque ad sacrificia venum exponebant; quorum verborum sensum omnium optimè *Maimon ad Mischnam* expressit, qui audiendus hic erit: משערין מלה עברי כמו שער בנפשו ועניינו שנותנין שער לאותו דבר וכן בכאן פירושו שפוסקין הדמים לאותן הדברי׳ הנמכרים ופוסקין עם מוכרי הסלת והיין לקרבנות בדמים ידועים וקונין מהם בכל יום ויום מה שהיו צריכין לקרבנות אם נתייקר הדבר הנמכר אין הגזבר מוסיף להם כלום על הסך שהסכים גם עמהם עליו בתחילת השלשים יום ואם הוזל הדבר הנמכר ליקח מהם בשער הזול מוכרין לו כמו שמוכרין לשאר בני אדם.

Meschaarin verbum hebraicum est, quod Proverb. XXIII. 17. legitur שער בנפשו, *& certum alicui rei pretium ponere significat, quemadmodum hîc loci idem est, ac rebus illis divendendis pecuniam locare, certôque pretiô cum iis, qui vinum similamque ad sacrificia vendunt, pacisci, eaque quotidiè ab iis emere, quibus opus habeant. Quòd si igitur rei divendendæ pretium post pactum illud crescebat, nihil prorsus summæ illi addebat Thesaurarius, de qua principiô mensis inter eos convenit, & si vilioris pretii facta est res divendenda, eôdem, quô aliis solebant, pretiô eidem quoque vendere eam debebant.* Videatur porrò Tosiphta Schekalim Cap. II.

Quia manus fisci sacri superior esse solet.]

Id est, quia fisci sacri conditio melior semper esse solet aliarum rerum conditione; Nec enim unquam jacturam facit ærarium sacrum, quôcunque etiam casu res humanæ inversæ fuerint: sed ex alterius etiam incommodis sua commoda comparavit, nullâ pretii habitâ ratione, quod in foro vel crescebat, vel augebatur, ut præcedente periodô dictum est. Hinc & ipse *Maimon* rem ita interpretatur: יָ הקדש על העליונה עניינו שלוקח החלק היפה לעצמו וקנה לתועלתו. *Phrasis hæc, quia manus fisci sacri superior est, id significat, quòd optimam partem sibi ipsi sumat, & in utilitatem suam emat, vel transferat.* Contrarium ejus est ידו על התחתונה.

Nec verò nummos suos priùs accipiebat, quàm

altare placaverit.] Nondum, puta, argentum illud Nummularii, seu Tabernarij, esse censebatur, utut numeratum ei à Thesaurario fuisset, donec res illæ, aliis, ad sacrificia divenditæ, in altari oblatæ fuissent. Acceptum hoc ferimus doctissimo *Bartenora*, qui, quò digitum Mischna nostra intendat, egregiè his verbis nos docuit: אינו מקבל את מעותיו כלומר אינם נחשבים מעותיו של חנוני ולא זכו בהם ואע״פי שקבלם מן הגזבר עד שיהיה המזבח מרצה שיעלה לרצון על המזבח הילכך אם החמיץ היין או התליע הסלת אחריותו על החנוני׃

Nec verò nummos suos priùs accipiebat, id est, nondum censebantur nummi ejus Tabernarii esse, nec ullam in iis partem habebat, utut à Thesaurario eos acceperit, donec altare placaverit seu, ea ipsa (quæ aliis vendebat,) *in altari oblata fuerint. Quapropter si vinum acuit, aut simila vermes produxit, damnum Tabernarius ferre tenebatur.*

פרק ה

משנה א

אילו הן חממונין שהיו במקדש יוחנן בן פינחס על החותמות אחירה על חנסכים מתתירה בן שמואל על הפייסורת בט פתחיה על הקינין פתחיה זה מרדכי למה נקרא שמו פתחיה שהיה פותח בדברים ודורש ויודע שבעים לשון. בן אחיה על חולי מעיין נחוניה חופר שיחים גביני כרוז בן גבר על נעילרת שערים בן ביבי על הפקיע בן ארזא על הצלצל הוגדם בן לוי על השיר בירת

CAPUT V.

MISCHNA I.

HI sunt rebus gerendis in Sanctuario præfecti: Jochanan F. Pinchas tesseris nummariis, Achia libaminibus, Mattija F. Schmuel sortibus, Petachias turturibus. Petachias est Mardochai. Eccur autem vocatur nomine Petachiæ? Quia res asconditas aperuit, easque exposuit, & septuaginta linguas calluit. F. Achija doloribus colicis præerat, Nechonias fossor cisternarum fuit, Gebini, præco; F. Geber obserationi portarum præpositus erat, F. Babi scuticæ; F. Arsa cymbalo; Hugdam F. Levi cantico;

גרמו על מעשה לחם הפנים בית אבטינס על מעשה של הקטורת אלעזר על הפרכות ופנחס על המלבוש׃

tico; Familia Garmensis panem propositionis coquebat; familia Abtinensis præparando suffitui præerat; Eliezer velis, Pinchas vestimentis.

ANNOTATA.

Hi sunt rebus gerendis in Sanctuario præfecti.] Varia quotidiè in Sanctuario obibant munera, ad quæ omni sine dubio nemo admittebatur nisi vir spectatæ fidei, qui virtutibus, generisque antiquitate florebat. Erant autem eorum quindecim numerô, in quibus recensendis Mischna nostra jam occupata est, eorumque nominetenus meminit, vel quòd reliquis virtutum splendore anteiverint, eorumque candor posteritati etiam commendatus esse debuerit; vel quòd ordine primi fuerint, à quibus eadem nomina habuerint reliqui præfecti posteriorum temporum, ob memoriam & spem, antecessorum suorum se etiam pressuros vestigia. Utrumque ipsi Commentatores confirmant: *Maimon* enim זכר החסיד יותר שהיה באותם הממונים אפילו שלא היו בזמן אחד *eorum mentionem fieri hîc* arbitratur, *qui in Præfectis illis pietate ac virtute omnium maximè eluxerint, utut unô eôdemq; tempore non vixerint.* Bartenora autem הממונים אחרונים נקראו על שם הראשונים *nomine priorum præfectorū posteriores appellatos esse* putat, quâ in re dissentiendi iis ansam præbuit ipsa Gemara, quæ Magistros, cum R. Simone, contentionis funem hîc traxisse monuit. Videatur *Samuel Japhe in Jephe Maareh pag. 124 col. 2.* Multi autem eorum imperio suberant alii, quorum operâ in officiis illis alacriùs subeundis uterentur. Ita enim *Schilte haggibborim, Cap. XXXVI.* לכל א׳ מהממוני׳ האלה היה תחת ידו אנשים הרבה כדי להכין בנקלה ובתמימות המלאכה שהוא ממונה עליה; *Unicuiq; ex his præfectis multi Viri subjecti erant, ut hoc faciliùs officiô suô fungeretur, cui quilibet præpositus erat.* Conf. *Maimonidem in Hilch. Chele hammikd. Cap. VII.*

Jochanan F. Pinchas.] Quando is vixerit, aut quis ipse fuerit, Autor τοῦ Juchasin non meminit, quamvis totam seriem reliquorum recenseat, quibus una nomen τοῦ Jochanan competebat. Præfectorum cœterum, quorum munia in Sanctuario Mischna nostra describit, diversa prorsus nomina tradit *Tosiphta Schekal. Cap. II.* adeò qui-

dem, ut totô invicem cœlô distent, & cum ipsis nominibus singulorum etiam officia immutata sint, quod ut cuivis constet, ipsa Tosiphtæ verba addere opus erit. Inquit ergo, אילו הן הממונים שהיו במקדש יוחנן בן גודגדא על נעילת שערים בן טוטפת על המפתחות בן דיפאי על הלולב בן ארזא על הדוכן בנימין על התנורין שמואל על החביתין בן מקליט על המלח בן פלח על העצים. *Hi sunt rebus gerendis in Sanctuario præfecti: Jochanan F. Godgeda obserationi portarum; F. Thothephet clavibus sanctuarii; F. Diphai ramis palmarum ad festum Scenopegiæ; F. Arsa, suggestui; Benjamin furnis; Samuel frixis; F. Maklet sali; F. Pelach lignis:* cujus discriminis rationem ignorare me ingenuè fateor. Nec quicquam etiam de Rabbinorum nominibus legisse me apud Historicos memini, exceptô unicô R. Jochanan F. Godgeda, qui *Juchasin* teste pag. 39. היה בזמן המקדש כדאיתא בתוספתא בפרק שני דשקלים שהיה ממונה על נעילת שערים בזמן המקדש עם ר׳ יהושע בן חנניה משורר והיה חכם גדול במספר ובתכונה, *tempore Sanctuarii vixit, prout Tosiphta Schekalim Cap. II. docet, quòd obserationi portarum præpositus fuerit, σύγχρονος R. Jehosuæ Cantoris. Erat autem præterea excellens Arithmeticus, & Astronomus,* qui ipsas etiam in mari guttulas numerare potuit, adeò tamen egenus, ut אין לו פת לאכול ולא בגד ללבוש *panem ad edendum non habuerit, nec vestem, quâ corpus tegeret.* Vid. *Mass. Horajot p. 10.* De Judæorum autem Astronomia paucis dicendum hic est, maximam partem è fabulis contextam eam mihi videri, utut etiam sibi persuadeant, Astrorum scientiam à Davidis domo πατροπαραδότως traditam se habuisse. Commentitia certè fabella est, stellam quandam septuagesimô quôvis annô exoriri, quæ nautas seducat, & in emetiendo cursu suo impediat; Et, si Ptolomeus ipse, ut Juchasin affirmat, adeò credulus fuit, tantamque vim astris tribuit, egregiè cum Judæis ineptire censendus est. Quid autem insulsius unquam excogitari potest, quàm, sub hac aut illa siderum constitutione, miracula patrari posse? De arte Pythonica, quâ mortuos in vitam revocatos esse, ajunt, nil dicam, cùm certū sit, ab ipso quidem Diabolo mira fieri posse: Ab astris autem ipsis vitalem influxum provenire, quô defuncti reviviscere possint, turpe certè figmentum est. Et hæc quidem commenta cordi fuisse doctissimo cœteroquin Viro, *R. Josêpho Albo* in suo *Ikkarim Lib. I. Cap. 18.* (quod scriptum è media Philosophiâ depromtum, ait *Andr. Masius*) mirari satis nequeo.

Mat-

Mattiia.] Sunt exemplaria, quæ מתתיה legunt, ut *Juchasin pag.63.* perhibet: מתיא בן שמואל נוסחא אחרינא מתתיה בתחלת פ״ג דיומא ובפ״ג דתמיד: *Mattiæ F. Schmuel, aut ut alia exemplaria legunt, Metatjæ mentio fit Cap. III. Joma ab initio, & Cap. III. Maſſ. Tamid.* An autem Sacerdos fuerit, aut, quô annô præcisè vixerit, ignorare ſe non diffitetur: Probabile tamen videri ſibi, ait, circa finem domus ſecundæ eum floruiſſe. Ita enim ille: לא ידעתי באיזה זמן הוא מבית שני ונראה כי הוא בסוף הבית *Neſcio, quo annô, is vixerit: Circa finem tamen Templi ſecundi vixiſſe mihi videtur.* Et paulò poſt: ולא ידענו אם הוא כהן *Nec exploratum habeo, an Sacerdos fuerit.*

Sortibus.] Sicut Athenienſes, juxta literam, judices ſuos de decem tribubus ſortiebantur, quarum prima A, ſecunda B, ſignum habebat usque ad K, & is, qui Alpha ſortitus fuerat, primus judicabat cum aliis, *Mich. Apoſtolio in Proverb. p.30.* annotante: ita apud Judæos, à quibus mos hic ad Athenienſes deſcendiſſe videtur, ſortitò ſacerdotes quotidiè ſuô fungebantur officiô, tum, ut quilibet ſciret, quis citra controverſiam altare expurgaret, quis ſanguinem ſpargeret, membra portaret, & id genus alia; tum verò, ut aliis incommodis, quæ nonnunquam acciderant, modum ponerent. Factum enim aliquando fuiſſe *Joma Cap. II.* ait, ut, dum duo curſores in ſtadio æquales invicem currerent, altare expurgaturi, (curſu etenim olim de honore hoc certabatur,) alter alterum deturbarit, ut crus fregerit, cui malo obviam ituri, dein ſorte uniuscujusque fortunam in obeundo quolibet munere experiri decreverint. Sortis autem quatuor erant genera, quibus ritè conſequendis cura, æquo judici, mandabatur, quem ממונה על הפייסות vocabant, & qui principis vicem ea in re gerebat, ne iniquè comparatam certationem fuiſſe, jure conqueri quisquam poſſet. Plura ſi hac de re deſideras, vide CL. *Seringhamium in Joma Cap. II.*

Petachias.] Divini ingenii Virum fuiſſe eum, volunt, qui, præter admirandam LXXII. linguarum peritiam, ſingulari etiam prudentiâ reliquos omnes vicerit. Conſtat enim inter Talmudiſtas, qui de eo memoriæ prodiderunt, nihil illô fuiſſe excellentius. Ne autem famam felicitate magis, quàm virtute peperiſſe ſibi videatur Petachias noſter, ipſius Talmudis de eo judicium adſcribere non pigebit. Factum autem, ait Gemara noſtra *p. 8. & Menachot. p. 64.* cùm in mutuum odium, & bella ruerent Hircanus, & Ariſtobulus, *tempusq. ma-*

nipuli

nipuli appropinqvaret, (utimur verbis doctiſſimi *Lightfooti*, qui, in Chorogr. Johanni præmiſſa, labore ea latinè reddendi nos liberavit, *ut non noverint, unde manipulum peterent: Publicô ergo præconiô inquiſiverunt. Venit mutus quidam, & manum unam tetendit ad tectum, & manum alteram ad tuguriolum. Dixit iis Mardochai; Eſtne locus aliquis, qui dicitur Gaggot Zeriphin, aut Zeriphin gaggot? Quæſiverunt & compererunt. Cùm duo panes offerre vellent, nec noſcerent, unde adipiſcerentur, publicô præconiô inquiſiverunt. Venit mutus iſte, & manum unam oculo ſuo admovit, & manum alteram foramini poſtium oſtii, ubi indunt peſſulum.* (Aut repagulo ipſi, vel ſepulchro cuidam. Variè enim vocabulum סוכרא exponunt, de quo vid. *Jeph. maare.*) *Dixit iis Mardochai, eſt locus qui dicitur Ein Sychar, aut Sychar Ein? Quæſiverunt & compererunt.* Hactenus *Lightfootus*! Liceat autem nobis & ſequentia verba annectere, quæ eruditum Virum, neſcio qua de cauſſa, omiſiſſe video. Ita autē pergit Gemara in Menachot l. 2. בדקו ואשכחוה הנהי שלש נשים דאייתי שלש קינין חדא אמרה לזיבתי וחדא אמרה לימתי וחדא אמרה לעונתי סבור מיניה זיבתי זבה ממש לימתי לימתי ממש לעונתי לעונתה דכולהו חדא חטאת וחדא עולה אמר להו מרדכי שמא בזוב סיכנה שמא בים סיכנה שמא בעין סיכנה דכולהו עולות ניניהו בדוק ואשכח Quæſiverunt, *ait*, & invenerunt tres mulieres illas, quæ tres Kinin obtulerunt, quarum una ſuos turtures offerre לימתי dixerat, altera ſuos לעינתי, tertia לזיבתי, quorum verborum ambiguitate in diverſum tractis quamplurimis, alii primam digitum eò intendiſſe crediderint, ut ſeminifluam ſe fuiſſe diceret, ſeu שפעת כים, *excrementa velut mare ejeciſſe*, cujus gratiâ turtures jam offerret: Mardochæum autem vocabuli illius vim melius intellexiſſe, idque eam per לימתי voluiſſe ſibi, quod maris periculo expoſita fuerit, è quo liberata votum jam ſolveret. Æquè infelices autem in explicatione reliquorum verborum eos fuiſſe, ut idem Mardochæus alteram per לעינתי indicaſſe dixerit, quòd periculoſè ex oculis laborârit; tertiam verò per לזיבתי, quod lupi è maternis amplexibus filium ejus eripere conati fuerint. Conf. *Juchaſin p.* 13. & *Aruch in voce* זב, *Jephe maare p.* 139. O egregium autem prudentiæ, ſingularisque cognitionis documentum! Quis non rideat ineptias has, frigidasque nugas? Mutorum aliorumque hominum ſigna hariolandô aſſequi poſſe, tantine momenti res eſt, ut tabulis conſignari debeat? Majus quid in Itinerario Angliæ Nobiliſſimus *di Sorbiere* de homine quodam narrat, quem mutum & ſurdum natura finxit, cui (ſunt verba verſionis Italicæ) *il Sig. Vallis hà inſegnato à leggere à Oxfort, inſegnandoli le diverſe infleſſioni, che ſi hanno da fare negli organi della voce, per renderla articolata.*

Tur-

Turturibus.] Officii ejus partes cum *Schilte haggibb. Cap. XXXVI.* ita deſcribit *Maimon Cap. VII. Hilch. Chele hammikd:* הממונה שעל הקינין הוא שפוסקין עמו שימכר הקינין לקרבנות כך וכך בסלע וכל מי שהוא חייב תורים או ב׳ בני יונה יביא דמיהם למקדש וזה הממונה נותן הקינין לבעלי הקרבנות ועושה חשבון עם הגזברים ונותנין לו משלשים יום לשלשים פוסקין עמו השער. *Præfectus ſuper Kinin ille eſt, quicum Theſaurarii paciſcuntur, ut tot vel tot turtures, aut columbas, ad ſacrificia, pretiô unius Sela, divendat. Quicunque igitur turtures, aut par columbarum debebant, in Sanctuarium nummos ſuos perferebant, quorum locô Præfectus ille Kinin eis tradidit ad ſacrificia, qui initâ cum Theſaurariis ratione argentum ſuum ab iis accepit. A quolibet menſe in menſem autem de pretio invicem paciſcebantur.* Erat ergo Præfectus τῶν Kinin ille, cujus famuli Matth. XXI. 12. πωλοῦντες τὰς περιστερὰς dicuntur, & quem, D. Jeſus, ipſum quoque cum comitibus ſuis è Templo expuliſſe mihi videtur. Ejus autem, quam corraſerant, pecuniæ hæc erat ratio, ut in ſingularem quandam conjiceretur arcam, cui vox hæc קינין inſcripta erat, ideoque Raschi ſimpliciter ad *Menach. p. 65.* על השופר ששמו קינין שהמתנדב קן מביא מעות ונותן לתוכו; *Petachiam ſuper Kinin præpoſitum eſſe*, ait, *ſeu arcam illam, quæ dicatur Kinin, in quam, qui Turtures oblaturum ſe vovit, pecuniam ſuam immiſerat.* Hoc Judæorum igitur inſtitutum, columbas in Sanctuario divendendi, ſi cognitum fuiſſet *B. Ambroſio*, nequaquam hæc, eum, ad S Lucæ verba, additurum fuiſſe credo in ſuo *in Luc. Comm. p. m. 143. Cathedras autem vendentium columbas cur everterit, ſecundùm literam non intelligo. Non enim nundinatores avium vindicare ſibi poterant honorati alicujus in nundinis ſolii dignitatem. Nam quæ prærogativa dignitatis eſt in columbis &c.*

Petachias eſt Mardochai.] Arbitratur *Raſchi in Menachot p. 64.* מרדכי שחיה בימי אחשורוש *Petachiam dictum eſſe Mardochæum illum, qui Ahasveri tempore vixerat*, eumque ætate proceſſiſſe usque ad Chasmonæorum Regni finem, in cujus ſententiam *Juchaſin* etiam ire non dubitat, qui Mardochæum מרדכי היה שנים רבות יותר מת׳ שנה *complures annos vixiſſe, & ultra quadringentos confeciſſe teſtatur*, niſi tamen id ſphalma typographicum eſt, quod omnino arbitror. Paginâ enim ſequente ad trecenteſimum ſaltem annum vitam eum produxiſſe, ait, in quo an non nugentur Rabbini, judicet, cui ſanum eſt ſinciput. In plures quidem nos hodiè annos vitam ducturos, ſi victus ſimplicitati magis ſtuderemus, nec plus æquô gulæ & af-

fectibus

fectibus indulgeremus, certum omnino eſt; ſunt etiam non pauci, qui modò ſexcentos, modò nongentos annos ſuperarunt, quod Patriarcharum in ſacris literis exempla abunde probant, profanæque hiſtoriæ, poſt tempora diluviana factum eſſe, docent, ut integri etiam populi ad ſummam ætatem pervenerint; Mardochæum autem trecentos explevisse annos, nullô quidem teſtimoniô, fide dignô, nec *Raſchi*, nec *Juchaſin*, confirmabit. Et verò ex annalium monumentis teſtes Raſchium producere non potuiſſe, procul dubio *Baal Toſephot* animadvertit *in Bav. Kam. p. 82. 2.* תימא גדולה היא אם חיה מרדכי כ״כ דבירת חשמונאי לא היתה כי אם ר״ס שנה קודם החרבן כדאמר בפ״ק דע״ז ונראה לר״י דכל אותן שהיו בקיאין ברמזים ובלשונות היו נקראים על שם מרדכי לפי שהוא היה ראש וחכם להכיר. *Vehementer mirum eſt, ſi tot annos Mardochai vixit: Familia enim Chasmonæorum non fuit niſi 260. annis ante excidium, ſicut è Capite primo Maſs. Avoda ſara videri poteſt. Quapropter & R. Iſaaco viſum eſt, omnes illos, qui ſignorum & linguarum periti erant, nomine Mardochai, vocatos eſſe, quia is primarius erat, & in cognoſcendo valdè prudens.* Vid. eund. Maſs. Menach. p. 64. Dein vero, Philonis, qui & ipſe è Judæorum progenie ortus eſt, Viri, eruditorum judiciô, doctiſſimi, teſtimoniô vincuntur Rabbini noſtri. Is enim, niſi ab aliis fallimur, Mardochæum ultra centeſimum & nonageſimum ſeptimum annum vitam non transegiſſe, inquit, niſi tamen & in hoc hyperbole quadam uſus eſt.

Quia res abſconditas aperuit.] Ideò Petachiæ nomine Mardochæum inſignitum eſſe arbitror, quòd ſingulari ſuâ prudentiâ res, aliis cognitu & explicatu difficiles, expoſuerat, & ומבין אפילו לאלמים במחוג לומר ברמיזה *mutos etiam per certa indicia ſeu nutus intellexerat*, ob quam ſtupendam cognitionem præterea etiam *Mardochai Bilſchan* vocatus eſt, quem latino forſan vocabulo *Divinatorem* dicere poſſumus. Hanc enim nominis, Bilſchan, ſiquidem nomen appellativum eſt, propriam hîc ſignificationem eſſe puto, â radice בלש *ſcrutari*, ſeu *perveſtigare*, niſi tamen id etiam compoſitum eſt ex בלל & לשון ut omnino neſciam, quâ Rabbinorum autoritate munitus, doctiſſimus *Vorſtius in Zemach David pag. 46.* Mardochæum Bilſchan per *Telonarium* exponat, quod à recto ſenſu longè alienum mihi eſſe videtur. Mardochæum enim ideò Bilſchan dictum eſſe, *Gemara Maſs. Menachot p. 65.* ait, דהוה באיל לישני ודריש, id eſt, *Raſchiô* interprete, &

te, & *Bartenorâ*, שהיה בולל ומערבב הלשונות; *quia multarum linguarum difficultatem exsorbuit, easq; invicem commiscuit, & exposuit*, quô modô Aruch etiam in rad. פתח, & Een Jacob pag. 77. col. 4. proprietatem vocabuli בלשן exprimunt. Nihil igitur hîc telonariô opus erat, qui vectigal exerceret: sed Virô in cognitione linguarum egregiè doctô, cuius operâ utebantur, si difficultatem, quæ exoriebatur, non solvere poterant alii. Caussa autem, cur *Vorstius* τὸ בלשן per *Telonarium* interpretatus sit, post longas volutationes mihi subolet. Scilicet legisse aliquid arbitror Virum doctissimum *in Maß. Chelim Cap XV.* §. 4. de מקל הבלשין, quæ verba à Commentatoribus, & Aquinate ita exposita forsan vidit: מקל הבלשין בעלי המכס לפי שעבדיהם יש מקלות בידם לגבות המכס: ויא שהי״א מקל ממתכת שבעלי המכס מקל הכלשן: משתמשים ממנו לידע מה שתוך השקים, *seu virga Telonariorum, quia servi eorum virgas in manibus habebant, ut vectigal exigerent. Videntur autem quibusdam, virgæ illæ, seu baculi, è metallo confecta fuisse, iisq; telonarii usi esse, ut experirentur, quid in saccis civitatem ingressuri adveherent.* Conf. Aruch utrumque in rad. בלש. Etsi itaque locum è Maß. Chelim adductum Rabbini ita accipiant, nihil tamen is *Vorstium in Zemach David* juvat. Diversam enim hîc vocis significationem, è Gemara paulò ante adduximus, omninò persuasi, Mardochæum non à cura vectigalium: sed à notitia tot idiomatum, ac summa sagacitate συνόντα interpetandi, nomine τοῦ בלשן appellatum esse.

Septuaginta linguas calluit.] Excellentis quondam ingenii Judæi fuerint opus est, quòd tot diversa idiomata addidicerint, cùm hodiè vix unum, dum vivunt, benè comprehendant. Nec verò rari inter eos erant, qui vel tot linguarum ore loquebantur, vel ea idiomata minimùm intelligebant. Totum enim Synedrium, LXX. linguarum peritiâ illustre, neminem sibi socium admiserat, nisi Virum, qui easdem quoque linguas calleret.

Doloribus colicis.] Discalceati per integrum diem, & levisculâ veste unicâ amicti, discurrebant Sacerdotes, ut adeò colicis doloribus facilè excruciati, Medicum ad manus habere coacti fuerint, qui dolores illos, adhibitis remediis, leniret & depelleret. Operæ autem pretium erit Autoris τοῦ *Schilte haggib. Cap. XXXVI.* verba unà adscribere, cùm multum conferant ad Mischnæ mentem illustrandam. Ait igitur: יממונה החמישי היה בן אחיה הממונה על חליי הכהנים

כי מפני שהיו הולכים יחפים על הרצפה כל היום ובעבור רוב טבילות וקדשי ידים ורגלים בצונן ועל כי בשעת עבודה לא היה עליהם אלא הכתנת בלבד בלי חלוק ובגדי' אחרים ואוכלי' בשר בהמות גסות וכבשים ואלים וברוב הפעמים במקום לחם חמץ היו משתמשים ברקיקין ובחלות מצות הירה מתרפה טבעם והיו כחות האברים הפנימיים והחום הטבעי שלהם חלוש ועל כן היו נוטים מקו בריאותם ובאים על הרוב לידי תחלאוים רבים. ובפרט בחלי רפיון מעים ובשלשולים ובקדחות שונות . על כן אחיה הזה היה ממונה על רפואתם ותחת רשותו היו רופאים רבים תלמידיו שיעזרוהו ברפואת הכהנים האומללים. ובלשכתו ימצאו תמיד משקים שונים מרקחות סמים תרופות מי פירות מסעדים משיחות שמנים חלבים רטיות מלוגמות וזולתן מהדברים המנוסי' והטובי' לכל החלאים המתהוים בכהנים: *Præfectus quintus erat Achjas, qui ægrotorum Sacerdotum curam habebat. Cùm enim ii discalceati integrô die per pavimentum decurrerent, crebris lotionibus manuum pedumque in frigidis usi, simplicique unicâ tunicula, (absque interula aliisque vestibus, cùm officiô suô fungerentur,) amicti essent, carnesque præpinguium pecorum, v. g. agnorum & arietum, comederent, locô fermentati panis laganô azymisque sæpius fruiti, natura eorum frangebatur, viresque intestinorum, & calidum nativum deficiebat, ut propterea infirmâ valetudine conflictati, plurimi in graves morbos inciderint, & in specie ex intestinorum laxatione, diarrhæâ aliisque diversi generis febribus laborarint. Quapropter iis curandis Achias hic præpositus erat, qui & sub se complures alios Medicos habuit Discipulos suos, quorum operâ, in refocillandis ægrotis Sacerdotibus, uteretur, cujus rei caussâ in conclavi ejus, perpetuò, diversi generis liquores in promtu erant, unguenta, aromata, emplastra, aquæ destillatæ, confortantia, expellentia, olea, adipes, emplastra, malagmata, & complura alia pharmaca, quæ morbis, quibus Sacerdotes laborarent, utilia essent.* Inter cœtera autem vinum vetulum, doloribus colicis utile & commodum esse, *Gemara* narrat in *Mass. Nedarim* p. 65. יין מיושן יפה למעיין, à cujus peritia, vinorumque omnium exacta cognitione Achijas etiam laudatur, ne quid bibendum ægroto propinaret, quo malum aggravesceret, ampliorque fieret morbus, idque ipsum Gemara his verbis innuit: הוה ידע אהיי דין חמר טב למעייא והיי דין חמר סמם למעייא. *Noverat, quodnam vini genus intestinis conduceret, aut perniciosum erat.* Conf. Jephe maareh, & Scholia in Talmud Hierosolymitanum.

Necho-

Nechonia.] Singulare, filiæ ejus, cùm in puteum aliquando prolaberetur, miraculum contigiſſe fabulantur Apellæ. Ita enim de eo *Gemara in Maſſ. Bava Kama p. 50.* מַעֲשֶׂה בְּבִתּו שֶׁל נְחוּנְיָה חוֹפֵר שִׁיחִין שֶׁנָּפְלָה לְבוֹר גָּדוֹל בָּאוּ וְהוֹדִיעוּ אֶת ר׳ חֲנִינָה בֶּן דּוֹסָא שָׁעָה רִאשׁוֹנָה אָמַר לָהֶם שָׁלוֹם שְׁנִיָּה אָמַר לָחֶם שָׁלוֹם שְׁלִישִׁית אָמַר לָהֶן עָלְתָה אָמְרוּ לָהּ מִי הֶעֱלוּךְ אָמְרָה לָהֶם זָכָר שֶׁל רְחֵלִים נִזְדַּמֵּן לִי וְזָקֵן א׳ מְנַהִיגוֹ. *Factum eſt, cum Filia Nechoniæ ciſternarum foſſoris, ut in profundum aliquem puteum lapſa ſit. R. Chaninæ F. Douſæ igitur rem indicabant, qui horâ primâ* (quâ in aquis vivere adhuc viſa eſt) *eis dixit: Bono eſtote animo,* (ſurget enim) *idque alterâ etiam horâ dixit; tertiâ autem altâ exclamavit voce: Surrexit! Et cùm ex ea quærerent, quis ex hoc eam liberarit periculô? Obviam ſibi factam eſſe reſpondebat ovem maſculam,* (Iſaacum puta) *quam ſenex quidam* (Abrahamus) *duxerit.* Conf. Jalcut pag. 90. col. 2. In Gemara noſtra autem אִידְּ מַלְאָךְ יָרַד בִּדְמוּת ר׳ פִּנְחָס בֶּן יָאִיר וְהִצִּילָהּ *Angelus quidam ſub ſpecie R. Pinchas F. Jair deſcendiſſe nonnullis dicitur, qui auxiliatrices manus ei dederit.* Rabbinos à natura quaſi comparatos eſſe ad cudendas fabulas, credere forſan licet: Græcos autem, qui puriorem præ reliquis adepti ſibi videntur Eccleſiam, æquè inepta ſomniare ſomnia, niſi etiam majora quandoque, turpe certè eſt. Unicum ſaltem adjeciſſe hîc exemplum non inutile erit, Judaico miraculo perquam ſimile, quod *Agapius*, Monachus Græcus, in *θαυμασίοις τῆς ὑπεραγίας θεοτόκȣ part. III. p. 429.* linguâ græco-barbarâ his verbis conſignavit: Εις τοὺς α φηθ' χρόνȣς, τὸν Απρίλλιον μῆνα ἐκρημνίσθη ἕνας ϛρατιώτης μίαν νύκτα ἀπὸ τὰ τείχη τοῦ ἁγίȣ Πέτρȣ, ὅπȣ ἐφύλαγε κατὰ τὴν τάξιν, ἣν ἔχȣσι εἰς ὅλα τὰ κάϛρη τῆς Κρήτης. Ουτος ȣ̂ν ὁ ϛρατιώτης, τὸν ὁποῖον ὀνόμαζαν Ιωάννην, εἶχεν εἰς τὴν παναγίαν πολλὴν εὐλάβειαν, καὶ ὑπήγενε πολλάκις, καὶ ἐπροσκύνα εἰς τὸν ἄνωθεν ναὸν τοῦ ἁγίου Τίτȣ, ὅταν εἶχεν ἄδειαν ἀπὸ αὐθεντικὴν ὑπηρεσίαν. Καθὼς ȣ̂ν ἐπεριπάτει τὴν νύκτα ἀπὸ τὸ ἕνα μέρος τοῦ τείχους ἕως τὸ ἄλλο, κατὰ τὴν τάξιν, συνεργεία τοῦ δαίμονος ἔπεσεν εἰς τὸ βάθος, ὅπου εἶναι σχεδὸν ὀργυίαις δέκα τὸ ὕψος, καὶ ὑποκάτω λίθοι σκληροὶ, καὶ βραχώματα. Καὶ ἐσυντρίφθησαν ὅλατου τὰ κώκαλα, καὶ ἔγεινεν ἐλεεινὸν θέαμα. Οὔτε νὰ συντύχῃ ποσῶς, ἢ νὰ σαλεύσῃ ἐδύνετο. Τὸ πρωὶ λοιπὸν τὸν ἐσύκωσαν καὶ τὸν ὑπῆγαν εἰς τὸ νοσοκομεῖον τοῦ ἁγίου Πέτρου, διὰ νὰ τὸν ἐνταφιάσουν, ὅταν ξενεψυχήσῃ. Διατὶ τινὰς δέν-

το ἐθάρρει πόσως νὰ ζήσῃ κἂν μίαν ὥραν, οὔτε ἰατρὸν ἤφεραν. Τῇ ἐπαύριον ἐσύντυχεν ὀλίγον, καὶ εἶπεν ἑνὸς φίλου του, ἵνα πιάσῃ τὸ πουγκί του, ὅπου εἶχε κάμποσα ἄσπρα, νὰ τὰ δώσῃ ἑνὸς ἱερέως, νὰ λειτουργήσῃ τὴν παναγίαν. Μετὰ δὲ τὴν ἱερουργίαν τὸν ἐσύκωσαν, καὶ τὸν ὑπῆγαν εἰς τὸν ἄνωθεν ναὸν τοῦ ἁγίου Τίτου. Ἔκειτο γοῦν ὁ ἀσθενὴς ὅλην τὴν ἡμέραν ἐνώπιον τῆς ἁγίας εἰκόνος. Καὶ τὸ βραδὺ ὅταν ἤθελε νὰ κλείσῃ τὰς θύρας ὁ Ἐκκλησιάρχης, τὸν ἐσύκωσε, καὶ ἔυγαλεν ἔξω. Διατὶ οὕτως ἔχουσιν συνήθειαν. Καὶ δὲν ἀφήνουσιν ἔσω τινὰ διὰ τὰ σκεύη τῆς ἐκκλησίας. Ἐκείτετο γοῦν ὅλην τὴν νύκτα, δεόμενος τῆς ὑπεραγίας μετὰ δακρύων καὶ πίστεως νὰ τὸν θεραπεύσῃ. Τὸ μεσόνυκτον ἀπεκοιμήθη ὀλίγον, καὶ βλέπει εἰς τὸ ὅραμα του τὴν παναγίαν, καὶ λέγει του. Ἰδοὺ ἰατρεύθης καὶ δόξασε τον θεόν. Ὁ δὲ διυπνηθεὶς ἐγείρεται ὅλως ὑγιὴς, καὶ περιπατεῖ ὥσπερ ποτὲ νὰ μὴν εἶχεν ἀσθένειαν. *Anno 1589. mense Aprili Miles quidam, nocte quadam, è mænibus S. Petri delapsus est, in quibus secundùm ordinem, quem in omnibus Cretæ civitatibus tenent, excubias habuit. Is ipse autem miles, Johannes vocatus, magnâ semper veneratione & reverentiâ Sanctissimam Virginem prosecutus, sæpius in superius Templum S. Titi sese contulit, ibiq; preces fudit, cùm per otium ei liceret ab officiis Prætoris sui soluto; Cùm igitur noctu ab una mænium parte ad alteram ambularet, (ut in more apud eos positum est,) Cacodæmonis fraude in fossam præceps agitur, decem orgyiarum profunditate altam, ex quo casu ad subjecta saxa & scopulos allisus, ossibus omnibus fractis, miserandum intuentibus spectaculum præbuit, nec colligere aut movere se quicquam potuit. Mane autem alterô in Nosocomium S. Petri delatus est, ut, si animam prorsus exhalaverit, ibi sepeliretur; nec enim ad unius horulæ spatium eum supervicturum spes ulli supererat, quapropter nec Medicum accersiverunt. Postridie autem ut ad se nonnihil rediit, crumenam suam, in qua aliquot nummuli reliqui erant, arripere ab Amico suo jussus est, quos Sacerdoti cuidam exsolveret, qui Sanctissimæ Virgini Missam diceret. Sacrificiô igitur peractô, in superius Templum S. Titi perlatus est, ubi per integrum diem ante sanctissimam ejus imaginem prostratus miserè cubuit. Circa vesperam autem, cùm Templi fores Ecclesiarcha claudere vellet, foràs ejectus & elatus est, pro recepta apud eos consuetudine, quâ neminem ob vasa Ecclesiæ intus relinquunt. Per integram itaque noctem sic procubuit, multis lachrymis & fide Sanctissimam invocans, ut calamitati suæ opem ferret. Circa mediam noctem semisopitus, è regione Sanctissimam Virginem vidit, quæ hoc modô eum allocuta est :* Ecce sanatus es, gratias age Deo!

Is au-

Is autem somnô plenè solutus, incolumis lecto surrexit, rectusque incedere cœpit, ac si indemnis omnino fuisset.

Fossor cisternarum.] Quicquid sine detrimento commodari potest, id vel cuivis ignoto tribui debere, regulæ juris naturalis satis edocent. Eæ ipsæ autem cùm vehementer damnent aquam profluentem prohibere, & ab ipso etiam Plutarcho impium habitum sit πηγὴν ἀποτυφλοῦν καὶ ἀποκρύπτειν, laudandi omnino sunt Judæi, quòd provinciam aquariam certo cuidam homini dederint, qui scaturigines inveniret, & limô obductas fontium venas corrigeret, ne quid aquarum cuivis deesset. Ita enim *Maimon Cap. VII. Hilch. Chele hammikd.* ממנין א׳ להיות חופר בורות שיחין ומתקן הבורות של רבים כדי שיהיו המים מצויים בירושלם ולכל אחד מיושביה ולכל עולי הרגלים.. *Præficiebant inter alios etiam aliquem, qui cisternas & fontes foderet, publicosq; corrigeret, ut Hierosolymis aquæ prestò essent, omnesq; incolæ & viatores haberent, quod biberent.* Inter omnes autem Aquileges Nehoniam nostrum summis laudibus Gemara effert, tum quòd fontes & cisternas foderit, tum verò, quòd דהוה ידע היי דין כיף מקורר מיא והיי דין כיף אית ביה שרברובי *exactè cognoverit, quænam petra frigidas emitteret aquas, quæ verò calidas.* Infelicem a. Nehoniã nostrũ quis non lugeat, quòd, cùm tam felix in aperiendis puteis (JCtorũ verbo utor) aliàs fuerit, filii tamen sui sitim restinguere non potuerit, quem siti periisse Gemara nostra addit. אמר ר׳ אחא ומת בנו בצמא.

Gebini præco.] Convocare quemvis ad officium suum solebat, *Gemarâ annotante*, quam ob rem Præco dicebatur. Inquit enim, שהיה מכריז בבית המקדש מה היה אומר הכהנים לעבודה הלוים לדוכן וישראל למעמד *Eum in Sanctuario proclamasse, ut Sacerdotes suo se accingerent officio, Levitæ in suggestum se conferrent, Israëlitæ ad stationem.* Adeò verò concitatam & canoram vocem eum habuisse, ajunt, ut ad octo milliarium intervallum Agrippa Rex audiverit, illiusq; amore captus multis eum affecerit donis. Vicerit scil. ipsum vocalissimum *Stentorem*, quem Homerus χαλκεόφωνον appellat Iliad. ε. qui *quinquaginta alios æquabat voce sonoq;*. Vide tamen & Aruch. *A Maimonide* vocatur ממונה על הזמנים *Præfectus temporis*, quòd exactè observet, quô munera sua Sacerdotes obirent.

F. Nabar.] Seu, ut alii legunt, F. Geber signum aperiendis, vel claudendis, portis Sanctuarii dare jusserat. Nec enim injussu ejus vel aperire, vel occludere fores, fas fuisse, vel etiam tubâ sonare ad januarum aperturam ulli licuisse, *Maimonides l. c.* testatur. על פיו נועלים

נועלים ועל פיו פותחים ואין התוקעין תוקעין בכל יום לפתיחת השערים אלא ברשותו. Conf. *Abrahamum Haróphe l. c.*

F. Babi ſcuticæ.] Non benè inter omnes convenit, in quo ſumma officii Babi noſtri conſtiterit. *Gemara* enim ellychnia eum aptaſſe credit, aliis aliud ſtatuentibus, qui ſcuticæ ſeu flagellationi eum præpoſitum volunt, quorum ſententia, ſi quid judico, album meretur calculum, cùm non arbitrer unicè ellychniorum cauſsâ ſingulare aliquod conſtitutum fuiſſe officium; quam dubitandi cauſſam *R. Abrahamo Haróphe* debere me fateor, cujus verba *Cap. XXXVI.* hæc ſunt: ובירושלמי פירושו פקיע שהיה ממונה על הפתילות מהמנורה ומשמחת בית השואבה ואין להאמין שיעשה ממונה על דבר א' בלבד קטון הערך כזה אם לא היה גם כן ממונה על דבר אחר יחדיו ויותר נכון הוא להאמין שזה הממונה בבי היה ממונה על ההלקאה. *In Talmude Hieroſolymitano exponitur* פקיע, *quòd aliquis ellychniis candelabri, & quibus ad gaudium Beth haſſchoavah* (Vid. Lexicon Buxt. pag. 2298.) *opus habebant, præpoſitus fuerit. Nec verò credendum eſt, præfectum quendam unicè huic rei, & quidem tam exigui momenti, conſtitutum fuiſſe, niſi ſimul alii etiam rei præficeretur. Probabilius igitur multò mihi videtur, Babi noſtrum flagellationi præpoſitum fuiſſe.* Et hanc quidem ſententiam Maimon etiam tuetur l. c. & in ſuo ad Miſchnam Commentario, ubi ab officio hoc Babi noſtrum איש הר הבית *Virum Atrii Gentium* dictum eſſe, inquit, quia noctu Sanctuarium diligenter obibat, circumſpecturus, an cuſtodes, ſeu vigiles, ſomnum ceperint, ut in eo deprehenſi pœnas luerent. Agebant autem vigilias & Sacerdotes, & Levitæ, locis etiam diverſis, ut è *Cap. I. Maſſ. Middot, & Maimonide Cap. ult. Hilch. beth habbechira* videri poteſt pluribus. An verò uterq;, & Sacerdos, & Levita, Babi pœnas dederint, de eo adhuc quæſtio eſt. Levitarum quidem incuriam inultam non fuiſſe, omnium omninò approbatur calculô: De Sacerdotibus autem ulteriùs disquirendum erit, &, quid *R. Abrahamo Haróphe* videatur, oſtendendum. Superioribus igitur, quæ adduximus, verbis ſequentia annectit: והרב מברטנורה ז"ל כתב על הפקיע להלקות הכהנים והלוים שנמצאו ישנים על משמרותם ולדברי הכל אין להאמין שהרב ז"ל סבר שיהיו לוקים הכהנים ואולי טעה המדפיס בהדפסה והוסיף כהנים מדעתו כי הנה לא היו מלקין הכהנים אלא הלוים בלבד שההלקאה היא בעבור השינה ועל כן אמרו מה קול בעזרה קול בן לוי לוקה שישן לו על

משמרו

משמרו ולא אמרה קול כהן לוקה. מצורף שאמרו בפירוש במשנה שהכהני' היו ישנים כמו פרק א' דמדורת משנה ז' וזקני בית אב ישנים שם וכו'. *R. Bartenora f. m. F. Babi flagellationi præpositum esse asserit, ut & Levitas, & Sacerdotes, qui in vigilia sua dormire reperti fuerant, flagellaret. Omnium autem judiciò neutiquam credendum est, virum eruditum unquam arbitratum esse, Sacerdotes quoq; vapulasse. Typographo igitur vitium hoc adscribendum forsan erit, qui vocem* כהנים *nec jussus adjecit. Nec enim Sacerdotes vapulabant, sed tantùm Levitæ, quibus hæc pœna ob captum somnum dicta erat. Ideò etiam dixerunt; quæ vox est in Atrio? Vox Levitæ vapulantis, qui excubiarum tempore dormivit: Nec verò, Vox Sacerdotis vapulantis. Cui accedit, quòd expresse Mischna Sacerdotes dormivisse dicat, ut Cap. I. Middot, Mischna 7. Et seniores familiæ paternæ ibi dormiverunt, &c.* Hæc illæ, quicum conf. *Baal Tosephot Jom Tof, Cap. I. Maß. Middot.* Densa autem quandoque verbera passos esse Sacerdotes, fustibusque ad mortem usque cæsos, è *Maß. Sanhedrin, pag.* 80. abunde notum est, nec id inficias unquam ivisse R. Abrahamum arbitror. De eo autem dubitasse saltem videtur, an ideò, quòd somno indulserant, legitimam pœnam cum Levitis pertulerint, quod ipsum negavit, nec forsan ineptè, quia autoritate & testimoniô ipsius Mischnæ convincitur pars adversa, cui refragari certè neutiquã potest. Si enim senioribus classis paternæ somnum ducere integrum erat, quî, quæso, pœnam commeruisse eos credendum erit? Inter alios verò & ipse Maimon l. c. Sacerdotes dormivisse fatetur, לא היו הכהנים השומרים ישנים בבגדי כהונה אלא מקפלין אותן ומניחין אותן כנגד ראשיהן ולובשין בגדי עצמן וישנים על הארץ *Sacerdotes, qui excubias tenebant, in vestibus sacerdotalibus non dormivere: sed convolutas eas capiti subjiciebant, propriis vestibus indutis, more satellitum terræ indormientes, qui, dum ad Palatia regia excubant, in lecto nullo dormiunt. Vid. etiam Schilte Haggibb. Cap. XVII.* Frivola igitur videtur mihi objectio *Baal Ez hachajim ad Cap. I. Maß. Middot.* quî, Bartenoram defensurus, ita in R. Abrahamum Haróphe insurgit: אין לו ראינו ראיה ולמה לא ילקה הכהן אם עשה דבר שלא כהוגן ובסוף פרק ט' דסנהדרין תנן כהן ששמש בטומאה פרחי כהני' מוציאין אותו ומפציעין את מוחו בגיזרין והוא הדין אם עשה דבר שלא כהוגן שהיו מייסרין אותו והא דתני לוי איקרי נמי כהן לוקה לוי בן קול. *Non video ullô eum niti fundamentô. Eccur enim non vapulet Sacerdos, si quid deliquit? cùm inprimis Cap. IX. Maß. Sanhedrin exploratum sit, Sacerdotis, qui in impuritate sacra obierat, postquàm à junioribus Sacerdotibus extra atrium eductus est,*

cerebrum fustibus elisum esse, quâ ratione pœnas pariter subire cogebatur, siquid iniqui commiserat. Quòd verò in Mischna, de voce Levitæ vapulantis saltem, sermones fieri, ait, meminerit ipsos etiam Sacerdotes sæpius Levitas vocari. Aliud certè respondet Censor, quàm de quo quæritur. Cæterùm de consueto in judiciis flagellandi apud Judæos modo, instituti nostri ratio non permittit, ut aliquid addamus, cùm & alios jamdudum, quæ hanc rem spectant, accuratè expendisse videamus singula. Gratias interim denuò agimus *Clarissimo Pocockio*, qui, inter tot rarissima Manuscripta, aliaque complura cimelia, ipsum etiam ejusmodi aliquod flagellum, quod multis precibus, magnôque pretiô à Judæis Orientalibus nactus erat, pro sua erga nos benevolentia, Oxonii aliquando monstraverat.

Cymbalo.] Pulsabant in Sanctuario quotidiè cymbala, cùm juge sacrificium fieret. Cymbalistæ igitur officiô functum F. Arsa arbitratur *Maimonides*, quamvis rem meliùs tetigisse mihi videatur *R. Abraham Haróphe*, qui non cymbali solius: sed omnium instrumentorum musicorum, rationem habuisse eum, sibi persuadet.

Hugdam F. Levi cantico.] Aut, secundùm alia exemplaria, Hagrus vel Hogras, qui musicè concinentium chorum dirigebat, & cum diversa musicæ vocalis genera apud Judæos fuerint, quid quotidiè canere eos oportebat, ut Mesochorum decet, jusserat, qua de re pluribus videatur Abraham Harópbe l. c. Testatur autem præterea de eo *Gemara* nostra, vocem suaviter & artificiosè eum flexisse, ac pollice ori admotô, aliquot cantus species edidisse omnium cum admiratione. Nec verò silentiô prætereundum est, quod *Mass. Joma pag. 38.* addit, שהיה יודע פרק בשיר, *eum cognovisse summum quodvis*, seu *difficilem nodum cantici*, Seringhamiô exponente, id est, fuisse Musicum omnibus numeris absolutum, qui in cantu voces, modos & numeros adeò egregiè tenebat, ut, ubi vel leviter aberratum esset, aures ejus facilè adverterint, nec ullus par ei habitus sit. Et quidem singularem artis Musicæ peritiam haurire olim Judæos potuisse facilè crediderim, siquidem, *Cosri* annotante, *Edit. Buxtorf. pag.* 129. חכמת המוסיקא חשובה באומה שהיא מחלקת הנגונים ומעמדת אותם על הגדולים שבעם והם בני לוי מתעסקים בנגונים בבית הנכבד בעתים הנכבדים ולא הוצרכו להתעסק בצרכי הפרנסה במה שהיו לוקחים מהמעשרות ולא היה להם עסק זולתי המוסיקא, *maximis in populo demandata fuit, filiis scil. Levi, qui eam exercebant in domo omni-*

mnium præstantiſsima, (*in Templo*) *& temporibus præſtantiſſimis*, (*in feſtis & oblationum tempore*) *non ſolliciti de ſui ſuſtentatione*; *accipiebant enim eam ex decimis*, *neq; ullâ aliâ curâ*, *& cogitatione diſtricti erant quàm Muſicæ*, ad quæ verba pluribus videatur doctiſſimus *Muſcatus* in celeberrimo Commentario ſuo, quem *Kol Jehuda* vocat. Avitæ autem Muſicæ leges noſtrâ ætate Judæos prorſùs ferme ignorare, adeò mirum certè non eſt, cùm & nos veram Muſicæ rationem antiquis uſitatam ignorare, *Hornius* affirmet *in Hiſt. Philoſ. pag. 316. Hodiè* enim, inquit, *barbarè planè cantillatur, dum hinniunt diſcantum pueri*, *mugiunt alii tenorem, alii boant altum*, *alii frendunt baſſum*, *faciuntq; ut ſonorum plurimùm audiatur, verborum nihil*, ut *Cornel. Agrip.* verba ſua facit Cap. XVII. de vanit. ſcient. quam ſententiam quomodò hodiernis Muſicis probaturus ſit, ipſe viderit. Cæterùm, ut nihil tam facilè in animos teneros atque molles influit, quàm varii canendi ſoni: ita nihil difficilius eſt, aut magis arduum, quàm inter tot exilia, cædes, aliasq; calamitates publicas, artem tractare muſicam, aut addiſcere, *quomodò inter ſe acutæ ac graves voces conſonent*, *quomodò nervorum, disparem reddentium ſonum, fiat concordia. Tum enim diſcendum potiùs eſt*, *quomodò animus ſecum conſonet, nec conſilia diſcrepent, & quomodò inter adverſa non emittatur vox flebilis*, Seneca Epiſt. LXXXIIX monente. Id autem non poteſt non Judæis verti vitiô, quòd, cùm ſciant hodiè muſicam ſe dedidiciſſe, tam horridâ tamen, rudi & aſperâ voce, omniq; ululatu duriore, quâ in Synagogis, dum preces ſolitas fundunt, accinunt, mirùm in modum ſibi placeant, magnamq; ea ex re aucupentur gloriam. Advertendus hîc potiùs eſt Canon LXXV. *Concilii ſexti in Trullo*, qui, ſi à quoquam, à Judæis certè diligenter notari debet: Τοὺς ἐπὶ τῷ ψάλλειν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις παραγινομένους βουλόμεθα μήτε βοαῖς ἀτάκτοις κεχρῆσθαι, καὶ τὴν φύσιν πρὸς κραυγὴν ἐκβιάζεσθαι, μήτε τι ἐπιλέγειν τῶν μὴ ἐκκλησίᾳ ἁρμοδίων τε καὶ οἰκείων. ἀλλὰ μετὰ πολλῆς προσοχῆς καὶ κατανύξεως τὰς τοιαύτας ψαλμῳδίας προσάγειν τῷ τῶν κρυπτῶν ἐφόρῳ θεῷ. Εὐλαβεῖς γὰρ ἔσεσθαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ τὸ ἱερὸν ἐδίδαξε λόγιον. *Eos, qui in Eccleſiis ad pſallendum accedunt, volumus nec inordinatis vociferationibus uti, & naturam ad clamorem urgere, nec aliquid eorum, quæ Eccleſiæ non conveniunt, & apta non ſunt, aſciſcere: ſed cum magna attentione, & compunctione pſalmodias Deo, qui eſt occultorum inſpector, offerre. Pios enim & ſanctos fore filios Iſraël ſacrum docuit oraculum. Sunt* enim, ut benè *Zonaras* annotavit, *clamores, inconditæq; vociferationes, non demiſſionis, atq; modeſtiæ: ſed audaciâ elati, ac temerè exultantis animi, argumentum.*

Familia Garmensis panē propositionis coquebat.] Prolixè hæc enarrat *Gemara* nostra, *& Maſſ. Joma pag.* 38. 1. cujus verba, cùm jam ante latinitate donarit doctissimus *Seringhamius*, hîc apponere supersedemus.

Elieser velis.] Habebant nempe singulæ portæ atrii magni sua vela, quin & ipsum πρόναον, seu porticus, quæ à certis texebantur hominibus, quibus Elieser noster præerat, Gemaræ suffragiô היה ממונה על אורגי הפרכות, omnemque operam & curam ponebat, ut fila benè ducerentur, certòque colore tincta, densèque contexta, affabrè acupingerentur, ne vel sericum, vel purpura, &c. ulla ex parte damnum aliquod vel jacturam faceret.

Pinchas vestimentis.] Vestium sacerdotalium cura ei committebatur, quam ob rem singulare eum habuisse volunt conclave in Sanctuario; שהיו עושים בה הבגדי כהונה חדשים ופנחס הזה היה ממונה על הפשתן והצמר ועל האומנים כולם ועל המלבושים חדשים שהיו כולם של פשתן לבנים חוץ מן האבנט שהיה של צמר רקום *&c. in quo ipso novas vestes sacerdotales conficiebant, & Pinchas hic lino lanæq; præficiebatur, omnibusq; opificibus, & novis vestibus, quæ omnes linteæ erant & albæ, exceptô unicô balteô, quod ex lana erat, operisq; phrygionici*, Baal Schilte haggibborim annotante, quicum conf. Maimonidem l. c. Cap. VII. Sacerdotalibus præterea vestibus indutos ab eo Sacerdotes fuisse, Gemara ait, מלביש בגדי כהונה, factumque aliquando recenset, ut Sacerdotum aliquis הלביש סרדיוט אחד *lictorem quendam vestibus sacerdotalibus induerit*, aut, quod potiùs credo, לאיסטרטיוט א׳, *militem seu Ducem aliquem*, ut Gemara Hierosol. legit. Aliquando enim סרדיוט idem etiam significat, quod איסטרטיוט, ut Mussaph Aruch annotavit.

ב

אין פוחתין משלשה גזברים ומשבעה אמרכלין ואין עושים שררה על הציבור בממון פחות משנים חוץ מבן אחיה שעל חולי מעיים ואליעזר

II.

NOn constituunt pauciores quàm tres Thesaurarios, & septem Cubicularios, nec tenent principatum in Ecclesiam cum pecunia pauciores quàm duo, præter F. Achiia, qui erat sacerdo-

ſacerdotum archiater, & R. Eleaſarem, qui aulæorum curam habebat: Hos enim maxima שעל הפרכות שאותן קיבלו רוב הציבור עליהן: pars Eccleſiæ in ſe ſuſcepit.

ANNOTATA.

Cubicularios.] Quæ officii eorum pars ſit, jam ante *Cl. Buxtorfius* in ſuo Lexico annotavit ſingula. Paucis monuiſſe ſufficiat, Camerarios noſtros, dignitate & poteſtate priores Theſaurariis, claves ſanctuarii in cuſtodia ſua tenuiſſe, ita quidem, ut nemo ſine altero fores aperire potuerit. Vid. *Bartenoram & Maimonidem.* Quomodò autem in Judæorum Republica, quisque majori in dignitatis faſtigio conſtitutus, alterum anteiverit, Gemara noſtra apertè indicat. Primum nempe in ordine locum Rex tenebat, ſecundum ab eo Sacerdos magnus, quem Catholiciani ſequebantur, qui poſt ſe Camerarios habebant. Agmen autem inter eos clauſerunt Theſaurarii. Certum porrò eorum in quolibet officio numerum II. Paralip. XXXI. definitum eſſe, ajunt, Gemarâ teſte: אין פוחתין מג׳ גזברים ומז׳ אמרכולין תנא משני קתליקין הדא היא דכתיב יחיאל ועזיזהו ונחת גזברין ועשהאל וירימהו ויוזבד ואליאל ויסמכיהו ומחת ובניהו מרכולין פקידין מיד כונניהו ושמעי אחיו קתילקין. *Non pauciores conſtituunt quàm tres Theſaurarios, & ſeptem camerarios, idque diſcimus è numero duorum Catholicianorum. Illud enim eſt, quod ſcriptum legitur: Et Jechiel, & Haſaſiahu, & Nachat (Theſaurarii) Haſahel & Jerimot, & Joſabad, & Eliel, & Iſchmachiadu, Machat, & Benjahu (Camerarii) præpoſiti de manu Cananiahu, & Simhi fratris ejus, (Catholiciani.)*

Nec tenent principatum in Eccleſiam cum pecunia pauciores quàm duo.] Id eſt, Pecuniam ſacram in Eccleſia adminiſtrare unius tantùm fidei non committebatur: ſed ad minimum duobus, ut ab altero alter ſibi caveret, bonique publici utilitatem hoc ardentiùs, cuſtode admotô, quisque ſibi proponeret; Quanquam enim omnia ſunt timenda, nihil magis tamen quàm perfidiam timere ſolemus. Principatum autem in Eccleſiam tenuiſſe dicuntur ob autoritatem, quâ pollebant, & dominium aliquod, quemadmodum quilibet præfectus principatum habere, eis dicitur. Sic in *Een Jacob p.* 54. 4. R. Sira, in Directorem Eccleſiæ electus, היה בורח מן השררה, *prin-*

cipatum fugiſſe, fertur, cùm eam in ſe provinciam ſuſcipere primitus noluerit. Eccur autem decretos ſibi hos honores R. Sira obtinere dubitaverit, exploratum, arbitror, multi nõ habebunt. Videtur autem mihi præter modeſtiam ſuam, quâ tantis honoribus indignum ſe judicabat, animô & cogitatione diligenter ſecũ volviſſe, quod *Baal hatturim* longo poſt tempore etiam vidit, cujus verba hunc in modum germanicè *Baal Zennorenna* Num. I, 44. expreſſit: *Baal hatturim* ſchreibt/allhie ſtehet geſchrieben ואתה הפקד את הלוים, und anderſtwo ſtehet תפקד עליו רשע, das weiſt die Gemara, wann mann ſetzt einen Menſchen zu ein שררה auf der Erden/da wird er geſetzt zu einem רשע oben im Himmel. כלומר wann mann einen macht zu einem שררה im קהל oder im Land/ da ſeyn viel Leut/die ihn מקנה ſeyn/ und wider ihn ſeyn/ und er muß ach kriegen mit ſie/da reiſt der Krieg ein/er will weiſen ſeyn שררה, da kommt er dardurch zu Sünd und Krieg/ daß wird er ein רשע. Idque ipſum certè eſt effatum illud in *Pirk. Abot cap. I.* quod tantoperè commendant, אהוב את המלאכה ושנא את הרבנות ואל תתודע לרשות. *Dilige opus, & odi principatum, neque nimiùm familiaris ſis principibus!* ad quæ verba præ cœteris videatur *Abarbanel in Nachalat Abot*, *& R. Leo in derech chaiim p. 14.* Mirum autem omnino eſt, à magiſtratu gerendo Judæos noſtros quemlibet dehortari; eos ipſos autem ad ſummum ſemper imperium, & honores aſpirare.

Quàm duo.] Cur ad minimùm in pecunia ſacra Eccleſiæ tractanda duos occupatos eſſe voluerint, è Rabbinis vel verbô adjiciemus. Ajunt autem, luculenter id probari poſſe è verbis Exod. XXVIII. 5. ubi peritiſſimi, qui Aharoni veſtes faciebant, aurum ad eas accipere jubentur; unde concludunt, non licuiſſe unquam pauciores huic præeſſe officio, quàm duos, ſecundùm conſuetam apud Arithmeticos regulam, מיעוט כל לשון רבים שנים: *Numerum pluralem ad minimum è duabus unitatibus componi debere.*

Præter F. Achia, &c.] Privilegia quædam data ei erant, quorum extra ordinem habita eſt ratio. Nullam enim unquam rationem Theſaurariis reddidit, quomodò concreditam ſibi ab Eccleſia pecuniam exercuerit hactenus, quale commodum, vel damnum, inde ceperit, votis totius Eccleſiæ tantam cum Eleaſare adeptus libertatem, ob ſingularem anteactæ vitæ integritatem & innocentiam. Ita enim Autor τοῦ *Schilte haggibborim*: והנה בן אחיה הרופה של הכהנים ואליעזר הזה שעל הפרוכות היו עושים שררה על הציבור מבלי נתינת טעם וחשבון לגזברים ממעשיהם שקבלום לנאמנים רוב הציבור

הציבור עליהם. *En autem F. Achia, ſacerdotum Archiater, & Elieſer velis præpoſitus, principatum tenebant in Eccleſiam, nullâ ratione Theſaurariis redditâ, quid vel fecerint, vel intermiſerint: Eos enim maxima pars Eccleſiæ, tanquam viros bonos & fideles, in ſe ſuſcepit.*

ג

ארבעה חותמות היו במקדש
וכתוב עליהן עגל זכר גדי
חוטא בן עזאי אומר חמישה
היו וארמי' כתוב עליהם א
עגל זכר גדי חוטא דל וחוטא
עשיר עגל משמש עם נסכי
בקר גדולים וקטני' זכרים
ונקבות גדי משמש עם נסכי
הצאן גדולים וקטנים זכרים
ונקבות חוץ משל אילים זכר
משמש עם נסכי אילים בלבד
חוטא משמש עם נסכי שלש
בהמות של מצורע :

III.

Quatuor teſſeræ erant in Sanctuario, quibus inſcriptum erat Egel, ſachar, gedi, chote. F. Aſai opinatur, quinq; earum fuiſſe, & Aramicè iis inſcriptum eſſe, Egel, ſachar, gedi, chote dal, & chote aſir. Egel inſerviebat ad libamina boum magnorum & parvorum, maſculorum & fœmellarum. Gedi inſerviebat ad libamina ovium magnarum & parvarum, utriusque ſexus, exceptis arietibus. Sachar inſerviebat tantùm ad libamina arietum: Chote ad libamina trium jumentorum leproſi.

ANNOTATA.

Quatuor teſſeræ erant in Sanctuario.] Qui libamina debebant ad ſacrificia, teſſeram quandam certâ pecuniâ redimebant, quæ diverſis, prout varia libaminum ratio poſtulabat, nominibus notata, fidem alicui fecerat, paratâ ſe pecuniâ hanc teſſeram redemiſſe, cujus locô à libaminum, & ſimilæ, ſummo diſpenſatore tot vel tot decimas ſimilæ acciperet. Non abs re autem erit R. Abrahamum Haróphe loquentem hîc audire, cujus verba Cap. XXXVI. hæc ſunt: ושמי שהוא ממונה על החותמות היה מקבל מעות השמן היין והסולת ממי שמבקש אותם וצריך להם ונותן לו חותם שבעבורו יקבל מאחיה כל מבוקשו

מבוקשו : דרך משל יוחנן אחרי שקבל המעורת מזה המבקש צורה קרבן בקר נותן לו חותם הכתוב עליו עגל · בא לו זה אצל אחיה עם החותם אשר קבל מיוחנן ומקבל מאחיה או מבאי כחו שלשה עשרנים סלת בלול בחצי ההין שמן ויין לנסך חצי ההין · וכן אם ירצה הדברים הצריכיי לאיל אחרי נתינת המעות ליוחנן היה מקבל ממנו חותם שכתוב עליו זכר ומביאו לאחיה ומקבל שני עשרונים סלת בלול בשלישית ההין שמן ויין לנסך שלישית ההין וכן על דרך הזה כל החותמות: *Qui tesseris nummariis præpositus erat, nummos olei, vini ac similaginis ab eo accepit, qui illa quærebat, iisq; opus habebat. In fidem autem acceptorum nummorum tesseram ei dedit, cujus locô ab Achia is acciperet, quod volebat. E. G. Johannes, postquàm nummos ab eo accepit, qui necessaria ad sacrificium bovis quærebat, tesseram ei dedit, cui vox* עגל *inscripta erat, quâ acceptâ alter Achiam cum ipso signo, quod à Johanne accepit, accessit, ejusq; locô ab Achia, aut Plenipotentiariis ejus tres decimas similæ cum dimidio Hin olei permixtæ, vinig; ad libamen dimidium Hin recepit. Sic pariter, qui desideraverat res necessarias ad arietem, postquàm pecuniam Johanni exsolvit, tesseram, cui* זכר *inscribebatur, ab eo accepit, quam Achiæ obtulit, à quo duas decimas similæ in tertia parte Hin olei permixtæ accepit, viniq; tertiam partem Hin. Eademq; erat ratio omnium aliarum tesserarum.*

Aramicè.] Plebis gratiâ id factum est, cui eô tempore idioma hoc valdè familiare erat, ut faciliùs adjuvari posset, ne partim studiò decipi se arbitraretur, partim verò ex ignorantia. *Bartenora* enim ideò tesseras Aramicè signatas, ait, שרוב דבורם בלשון ארמי הידה, *quia Judæorum illô tempore viventium res plurimæ Aramicæ erant.* Et hanc ipsam caussam esse, ait *Baal Colbo p. 2. col. 3. edit. Ven. An.* 1572. cur solita Judæorum precatio, קדיש dicta, cui tantam efficaciam & sanctitatem adscribunt, aramicè, seu chaldaico idiomate conscripta sit. Inquit enim: הקדיש הוא בלשון ארמי והטעם כדי שיבינו אותה הכלו שרובם היו עמי הארץ ואפילו הגוים היו מבינים בלשון ארמי וידעו ויבינו הכל שעתיד השם להתגדל ולהתקדש לעיני עמים רבים : *Hakkaddisch ideò aramicè contextum erat, ut ab universis integrè intelligeretur, quia maximam partem Judæi illô tempore idiotæ erant, ipsiq; etiam gentiles linguam Aramicam intelligebant, ut omnes, Deum aliquando in conspectu multarum gentium sanctificatum, & exaltatum iri, scirent, singulive cognoscerent.* Audiamus tamen & alteram caussam, quam priori statim subjicit, & his verbis recenset: ויש נותנין טעם אחר

כי

כילפיכך נתקן בלשון ארמי שמצינו בהגדה לעתיד לבא יהיו הצדיקים גדולים מן המלאכים ואנו מתפללין בקדיש שימהר הקץ שיתגדל השם ויתקדש ואם נאמר אותו בלשון הקדש שיבינוהו המלאכים אפשר שיקטרגו כי ידעו כי ידל כבודם ויגדל כבוד הצדיקי׳ עליהם :

Aliam autem quidam tradunt caussam, cur precatio hæc in lingua Chaldaica composita sit, nempe hanc, quòd in Aggáda legatur, justos in seculo futuro, ipsis etiam Angelis majores futuros. Quapropter in hac precatione oramus, ut brevi tempus illud instet, quô Deus sanctificari & exaltari possit. Quòd si igitur in lingua sancta precationem hanc recitaremus, in qua ipsa Angeli eam intelligerent, fieri posset, ut ex invidia nos accusarent, cùm honorem eorum imminutum aliquando iri: sanctorum autem dignitatem majorem honore eorum futuram scirent. Nisi autem aliud sub his involucris Judæi tegunt, ut quidem sæpe solent, egregiè certè falluntur. Chaldaicam enim linguam Angelos non intelligere, putidum commentum est, quod ipsi etiam Judæi, quibus *de meliore luto finxit præcordia Titan*, rident. Prolixè de his disputantem Abarbinelem legere licet in *Sebach. Pesach. p. 10.* Justos autem in altera vita majores Angelis futuros, affirmare non ausim. Hoc enim unicè θεῷ ἐν γούνασι κεῖται. Linquamus igitur, quæ scire nostrâ nihil interest, ne arcana Dei consilia scrutari, temerè velle videamur. Lætemur interim, pios post mortem certum manere præmium, tantaque à Deo consecuturos dona, ut ἰσάγγελοι, id est, *Angelis æquales* aliquando reddantur, è promisso Christi Matth. XXII. 30. Omnium autem optimè *Baal Tosephot Jom tof* rem exposuisse mihi videtur, cur aramicè cuilibet tesseræ sua signa adscripta fuerint. Ait enim כדי שהלוקח החותם ידע מה לוקח ואעפ״ שאין כאן חשד שיתן לו חותם פחות ממדה שנתן מעות ממ״ אולי בטעות יתן כך ועל ידי זה שיכול הלוקח לקרות החותם לא יבא לכלל טעות : *ut, qui tesseram accipiebat, sciret, quid acciperet. Etsi enim nihil timendum hic erat, minus aliquem accepturum esse, quàm quod parata pecuniâ redemerat, fieri nihilominus facilè poterat, ut per errorem, & ex ignorantia, minus ei dispensator dederit, quàm par erat. Ideò aramicè signatæ erant tesseræ illæ, tum ut quilibet, qui opus iis haberet, legere eas posset, tum ne facilè deciperetur.*

Egel inserviebat ad libamina boum.] Prima hæc erat tessera, quâ redemtâ quilibet tres decimas similæ, cum dimidio Hin olei permixtæ à dispensatore recipiebat, vinique dimidium Hin. Altera tessera erat Gedi, quæ unam saltem decimam similæ, cum quartâ parte Hin permixtæ, concernebat: Tertiâ vero, Sachar, duæ deci-

mæ ſimilæ, cum tertia parte Hin olei permixtæ, comparabantur, de quibus prolixius videatur *Maimon & Bartenora*.

ד

מי שהוא מבקש נסכים ש
הולך לו אצל יוחנן שהוא
ממונה על החותמות נותן לו
מעות ומקבל ממנו חותם·
בא לו אצל אחיה שהוא ם
ממונה על הנסכים נותן לו
חותם ומקבל ממנו נסכים
ולערב באין זה אצל זה
ואחיה מוציא את החותמות
ומקבל כנגדן מעות ואם ש
הותירו הותירו להקדש ואם
פח תו ישלם יוחנן מביתו שיד
הקדש על העליונה:

IV.

QUi libamina quærit, Johannem teſſerarum præfectum accedit, à quo, ſi nummos ei tradidit, teſſeram nummariam accepit. Tum ad Achiam ſe confert, qui libaminum curam habebat, teſſeramq; cum libaminibus commutat. Circa veſperam autem uterque conveniunt, & Achias quidem teſſeris productis, earũ loco nuños accipit. Quod ſi eæ abundaverint, fiſco ſacro accreſcunt; ſi autem defecerint, jacturam reſarcire è ſuis opibus tenetur Johannes, quia manus fiſci ſacri ſuperior eſt.

ANNOTATA.

Qui libamina quærit.] Etſi ipſa Mischnæ verba è præcedentibus abunde clara ſint & perſpicua, ut expoſitione non egeant, Maimonidis tamen verba ſi adderẽ, non credidi fore alienum. *Cap. VIII* igitur *Hilch. Chele hammikd.* §. *12.* ita inter alia diſſerit: כל מי שיביא קרבנותיו למקדש נותן דמי הנסכים לזה הממונה על החותמות ונותן לו חותמות כמניין הקרבנות שלו· ואם היה מצורע עשיר נותן לו חותם אחר שכתוב עליו הוטא · והלה הולך בחותמות שבידו לזה הממונה על הנסכים ונותן לו נסכים כמניין החתמות וכמו שכתוב בהן *Quicunque ſacrificia ſua in Sanctuarium perferebant, teſſerarum Præfecto nummos ſuos, ad libamina neceſſarios, dederunt, à quo tot teſſeras acceperunt, quot ad ſacrificia requirebantur. Leproſo autem diviti alia tradebatur teſſera, cui vox Chote inſcripta erat. Dein verò cum teſſeris illis*

illis Præfectum libaminum accessit, ut ab eo juxta numerum tesserarum suarum acciperet, quod in eis scriptum est, &c.

Circa vesperam.] Post juge sacrificium puta, cùm nullum eò ipso die adhuc superesset offerendum aliud. Ita enim R. Abraham Harôphe; לערב אחרי הקרבת תמיד של בין הערבים שלא היה שם עוד בו ביום הקרבנות *Circa vesperam, post juge sacrificium vespertinum, cùm alia sacrificia nulla amplius adessent.*

ה

מי שאבד חותמו ממתינין לו עד הערב אם מצאו לו כדי חותמו נותנין לו ואם לאו לא היה לו ושם היום כתוב עליהן מפני הרמאין :

V.

QUi tesseram suam perdidit, ad vesperam usque expectare cogebatur. Eâ enim repertâ, quantum quidem tesseram concernebat, illi reddebatur; sin id minus, carendum ei erat. Nomen autem cujuslibet diei tesseris adscribebatur ob defraudatores.

ANNOTATA.

Eâ repertâ.] Consulendus hic porrò est *R. Abraham Harôphe*, qui, si quisquam alius, Mischnæ nostræ verba egregiè interpretatur. Inquit autem: אם ימצאו ביד יוחנן אחרי פרעון שאר החותמות לאחיה מעות אצלו כמו דמי החותם אשר אומר זה שאבד ממנו או לעגל או לזכר או לגדי או לחוטא אז נותנין לו הסולת והיין והשמן כפ, חותמו אשר אבד ואם לאו לא היו נותני' לו דבר. *Si postquam reliquæ tesseræ Achiæ solvebantur, nummi apud Johannem reperti fuerant, v. g. nummi tesseræ illius, quam alter perdidisse se dicebat, & vel ad Egel, vel ad Jachar, vel ad gedi, vel chote pertinebant; tunc tantum similæ, vinæ & olei ei tradebatur, quantum tessera ejus, quam perdiderat, requirebat: Sin minus, nihil prorsus ei dabatur.* Vide & Maimonidem l. c.

Nomen autem cujuslibet diei adscribebatur tesseris.] Ut fraudes faciliùs eluderent, dies septimanæ, mensisq; â signorum Præfecto tesseris adscribebatur, anni insimul ratione habitâ,

 quo

quô quis eam certô pretiô redemerat. Abs hoc enim ſi fuiſſet, modum tenere impiis fraudibus hoc opus fuiſſet, hic labor, cùm ante aliquot menſes (quô ipſô tempore leviori pretiô teſſeræ emebantur) vel coemtum, vel caſu inventum, ſigillum obtrudere quis earum Præfecto potuiſſet, dolô non ita facilè cognitô. Vid Maimonidem l. c.

ז

שתי לשכות היו במקדש אחת לשכת חשאים ואחת לשכת הכלים לשכת חשאים יראי חטא נותנין לתוכה בחשאי ועניים בני טובים מתפרנסין מתוכה בחשאי · לשכת הכלים כל מי שהתנדב כלי זורקו לתוכה ואחד לשלשים יום גיזברין פותחין אותה וכל כלי שמצאו בו צורך לבדק הבית מניחין אותו והשאר נמכרין בדמיהן ונופלין ללשכת בדק הבית :

VI.

DUo Conclavia erant in Templo, alterum conclave ſilentum, alterum conclave vaſorum. Conclave ſilentum erat illud, in quod Viri pii eleemoſynam clam inferebant, è qua piorũ parentum filii clam enutrirentur. Conclave vaſorum erat illud, in quod vaſa ab eo conjiciebantur, qui unum alterumve eorum vovit. Semel autem quolibet menſe Theſaurarii id aperuerunt, eaque vaſa quæ ad reſtaurationem Templi commoda fore credebant, in uſus ejus reſervabant, cœteris divenditis, ipſâq; pecunia in conclave reſtaurationis Templi conjectâ.

ANNOTATA.

Conclave ſilentum.] Editio Talmudis Amſtelodamenſis legit, לשכת חטאים, *conclave peccatorum*, falſò tamen: Reliqua enim Miſchnajot exemplaria omnia, quæ quidem vidi, conſtanter חשאי cum Aruch legunt. Significat autem ſecretum & clandeſtinum aliquid, & dicitur quidem conclave illud ideò לשכת השאי, *conclave clandeſtinum*, quia viri pij pecuniam ad egenorum ſuſtentationem, inſciis aliis, in id conjecerant, ne auram popularem, erogatione eleemoſynarum, captaſſe viderentur, quod pium ſatis, ne à Judæis quidem habetur

tur

tur, nedum à Christianis. Erat autem, si fides R. Abrahamo Harophe debetur, conclave hoc clandestinum in Atrio gentium. Nec verò Hierosolymis tantùm ea consuetudo obtinuit, sed in reliquis etiam civitatibus omnibus, *Tosiphta Schekalim Cap. II.* docente. כשם שהיתה לשכת חשאין במקדש כך היתה בכל עיר ועיר מפני שעניים בני טובים מתפרנסין מתוכה בחשאי, *Sicut in Sanctuario conclave clandestinum fuit; ita in quavis etiam urbe, ut pauperes pii ex eo clam ali potuerint.*

Viri pii.] Meritò vir pius dicitur, qui peccatum cane pejus & angue odio habet. Hinc & *Pirke Abot Cap. II.* אין בור ירא חטא *Nullus nebulo vel bardus peccatum timere dicitur*, quia nempe turpitudinem peccati, & pœnam ejus, ignorat, nec tantum ratione pollet, ut vitiorum vim, & dedecus, intelligere possit. Prudens itaque habendus est Simeon ben Netaneel, (nec enim hanc laudem quisquam ei detraxerit) quòd sedulò sibi à peccato cavit, nec frena cupiditatibus suis tanta laxavit, ut ab iis facilè vinceretur. Et quamvis R. Elieser F. Hircani, ob felicem & tenacem memoriam, suâ laude non privandus sit, nescio tamen, quô jure primus ei locus inter cœteros condiscipulos debeatur, ita quidem, ut, אם יהיו כל חכמי ישראל בכף מאזנים ואליעזר בן הורקנוס בכף שנייה מכריע את כולם, *si omnes sapientes Israëlis in una statera lance fuerint, Eliesér autem F. Hircani in altera lance, is quidem omnes longè superaret.* Vicerit enim omnes arte mnemoneuticâ, ideòne reliquis præstantior haberi debet, qui memoriâ meliori est, & tenuiori judiciô? Pluris certè faciendum est acre judicium, quàm memoria felix & tenax, quæ & arte circumforaneorum facilè acquiritur, & subitò gravique lapsu faciliùs multò amitti potest.

Eleemosynam clam inferebant.] In exercendis virtutibus solum τὸ καλὸν primariò respiciendum esse, ad quod tanquam Lydium lapidem actiones nostræ examinarentur, jamdudum Ethnici monuerunt; Fine enim virtutum neglectô, in vitia nos ruere etiam certum est, qua in re ne Judæi quidem ipsi dissentiunt, qui in quavis actione, cum objecto, inprimis finem considerari volunt, reliquis tamen circumstantiis non posthabitis, quod ex *Orchot Zdikim* manifestum est. הנותן צדקה לעניים בסבר פנים רעות איבד זכותו ואפילו נותן הרבה וטוב ממנו פרוטה בסבר פנים יפות וטוב שיתן קודם שישאל וטוב שיתן בסתר דכתיב מתן בסתר יכפה אף ויש שהיו קושרים בבגד וזורקין לאחריהם ובאין עניים ונוטלין והנותן אינו יודע למי נותן והמקבל אינו יודע ממי מקבל אז העני אינו מבוייש. *Qui eleemosynam*

mosynam pauperibus vultu minus serenô erogat, perdit meritum suum, (i. e. ut Christus Matth. VI. 2. loquitur, μισθὸν ὀυκ ἔχει) *quamvis multùm erogârit, & melior est unicus teruncius, quem vultu serenô dedit. Bonum etiam est, imò virtuosius, ut det antequam rogetur, & bonum, ut clam det, sicut scriptum dicitur: Donum in abscondito tegit furorem. Prov. XXI. 14. Hinc etiam est, quòd nonnulli nummos vestibus alligarint, & post se dispersêrint, ut egeni eos invenirent, nec is, qui dedit, exploratum haberet, cui dederit, nec is, qui accepit, sciret, â quo acceperit. Hac enim ratione pudor pauperi non incutitur, &c.* Idque sedulò dabant operam, ne eleemosynas facturi aliis innotescerent, & vel stimulis inanis gloriæ moti, vel spe majoris præmii, ad liberalitem exercendam accensi esse viderentur, quod Mar Ucba suô exemplô egregiè comprobasse fertur, de quo Digesta Talmudica in singularem ejus laudem sequentia recensent, quæ verbis germanicis libri לב טוב, quàm meis, enarrare malo: *Mar Ucba* und sein Weib die waren gewöhnlich / daß sie alle Morgen frühe in die Schuhl hinein giengen / da hatten sie ein עני nit weit von ihren Hauß / alle Morgen giengen sie hin / und wurfen ihm vier groschen in die Angel von der Thür hinein / und der עני gefundt sie / und nahm sie / und kaufft seine Kindern Brod / und was er bedörfft. Einsmahl sprach der עני / siehe / also eine lange Weil / treibt der gute Mann das an / daß er mir alle Tag 4 Groschen wirfft in mein Angel von meiner Thür / ich wolte doch gern wissen / wer das thut? Einsmahl stellet sich der עני hinter der Thür / wie sie nun kamen *Mar Ucba* und sein Weib / und buckten sich / und wolten ihm die 4 Groschen in die Angel werffen / als wie ihre Gewonheit war / da thât der עני die Thür auf / und wolt sehen / wer es war? so liesen sie weg / und der עני laufft sie nach / biß sie kamen in ein Hauß / da war ein Bachofen geheitzt zu Brodt / und der Ofen war außgekruckt / aber er war sehr heiß / sie wolten ehe sich verbrennen / ehe daß sie den עני wolten בחרפה machen / und sie lauffen in den Bachofen / und sazten sich nieder auf die heise Erdstatt &c. Rectè id quidem Senecæ judiciô, *qui, quæ occurrunt egestati, & ignominiæ, tacitè danda esse,* inquit, l. 11. de benef. c. 9. & 10. *ut nota sint solis, quibus prosunt. Interdum & ipse, qui juvatur, fallendus est, ut habeat, nec à quo acceperit sciat. Arcesilaus, ut ajunt, amico pauperi, & paupertatem suam dissimulanti, ægro autem, & ne hoc quidem confitenti, deesse sibi in sumtum ad necessarios usus, cùm clam succurrendum judicasset, pulvino ejus ignorantis sacculum subjecit, ut homo inutiliter verecundus, quod desiderabat, inveniret potiùs, quàm acciperet.* Insaniæ autem arguendus est cum conjuge Mar Ucba in postremo historiæ nostræ commate, quòd, quantùm poterat, in pedes se subitò conjecerit, & ob verecundiam in furnum se-

se

ſe abdiderit. *Percipiendum enim etiam gaudium eſt ex accipientis voluntate,* ut idem Seneca l. c. prudentiſſimè addit.

פרק ו

משנה א

שלשה עשר שופרות שלשה עשר שולחנות שלשה עשר השתחויות היו במקדש של בית רבן גמליאל ושל בית ר' חנניה סגן הכהנים היו משתחוים ארבעה אשר והיכן היתה יתירה כנגד דיר העצים שכן מסורת בידם מאבותיהם ששם הארון נגנז:

CAPUT VI.

MISCHNA I.

Tredecim arcæ nummariæ, tredecim menſæ, & tredecim incurvationes erant in Sanctuario. Discipuli R. Gamalielis, & R. Chaninæ, vice Sacerdotis, incurvarunt ſe quatuor & decies. Quorſum autem fiebat incurvatio decima quarta? Verſus conclave lignorum. Ita enim traditione acceperunt à Majoribus ſuis, quòd arca fœderis ibi recondita fuerit.

ANNOTATA.

Tredecim arcæ nummariæ.] Cur שופרות dictæ fuerint, Capite II. jam expoſuimus: Plura autem qui ſcire geſtit, videat unà Maimonidem in hunc locum cum aliis. Ecquid verò tot arcis, iisque inſimul diverſis, in Sanctuario opus fuerit, ad finem hujus Capitis prolixiùs oſtendetur. Diſtinguebantur nempe, ratione diverſi uſus ad varia Templi requiſita, certis, qui cuilibet arcæ inſcribebantur, titulis, ut quælibet ab altera dignoſci poſſet. Diſpoſitas cœterum eas ordine in atrio Mulierum fuiſſe aliquoties diximus. Reliquum jam eſt, breviter monuiſſe, *Abrahamum Harophe*, falſum in eo quoque eſſe, quòd in ſiclorum conclavi decem ex his arcis aſſervatas fuiſſe crediderit, tres autem reliquas, in conclavi illo, quod Petachiæ uſibus unicè dictum erat. Nec enim quisquam facilè mihi perſuaſerit, tam liberum ad hoc ſiclorum conclave aditum cuivis patuiſſe, cùm id ipſum clauſtris ſuis & repagulis firmiſſimè munitum fuerit, tot admotis, qui foris præſtolabantur, cuſtodibus, ut reſtrictè in minutiſſimis etiam Evacuatorem obſervarent.

Et

Et tredecim incurvationes erant in Sanctuario.]

Erat ab interiori parte Atrii gentium cancellata ſepes, decem palmorũ altitudine, cui tredecim effracturæ inerant, quas Græcorum Reges, ſeu potiùs Aſiæ, & Syriæ, (*vid. Lempereur ad Middot C. II.* §. *3.*) effringebant, quibus denuo obſeptis, tredecim incurvationes, ſeu adorationes, inſtitutæ erant, ut humillimas ſummo Numini gratias agerent, ob inimicorum excidium, qui tam atroci ſcelere adeo flebile damnum ſepi dictæ intulerunt. Et tantum quidem pondus adoratio habere dicitur, ut absq; ea ipſum cœlum ruiturum videatur, terraque miſceatur igni, cujus rei teſtem *Breſch. rabba* adducimus, quæ *Parsch. LVI.* ita ab initio:

אמר ר׳ יצחק הכל בזכות השתחויה ואברהם לא חזר מהר המוריה בשלום אלא בזכות השתחויה ונשתחוה ונשובה אליכם . ישראל לא נגאלו אלא בזכות השתהויה שנא׳ ויאמן העם וגו׳ ויקרו וישתחוו . התורה לא נתנה אלא בזכות השתחוידה שנא׳ והשתהויתם מרחוק חנה לא נפקדה אלא בזכורת השתחוידה שנא׳ וישתחו שם להי׳ הגליות אינם מתכנסות אלא בזכות השתחויה שנ׳ והיה ביום ההוא יתקע בשופר גדולו השתחוו להי׳ בהר הקד׳ בירושלים׳ בית המקדש לא נבנה אלא בזכות השתחויה שנא׳ רוממו ה׳ אלהינו והשתהוו להר קדשו ׳ המתי׳ אינן חיין אלא בזכות השתחויה שנא׳ באו ונשתחה ונכרעה נברכה לפני ייי עושינו, *Ait R. Iſaac: Omnia, quæcunque fiunt, propter adorationem ſolam eveniunt. Abraham non reverſus eſt in pace à monte Morja, niſi propter adorationem, ſicut dicitur: Et adorabimus & revertemur ad vos. Iſraëlitæ non redemti ſunt, niſi propter adorationem, ſicut dicitur: Et credidit populus &c. & incurvarunt ſe & adoraverunt. Lex non data eſt niſi propter adorationem, ſicut dicitur: Et incurvabitis vos à longinquo. Channam non viſitavit Deus, niſi propter adorationem, ſicut dicitur: Et incurvavit ſe ibi Domino. In captivitatem abducti non congregati ſunt, niſi propter adorationem, ſicut dicitur: Et erit in die illa, clangetur in tuba magna, & venient pereuntes in terra Aſſur, & expulſi in terram Ægypti, & incurvabunt ſe Domino in monte &c. Sanctuarium non exædificatum eſt, niſi propter adorationem, ſicut dicitur: Exaltate Dominum Deum noſtrum, & incurvate vos monti ſanctitatis ejus. Ipſi etiam mortui non revtviſcent, niſi propter adorationem, ſicut dicitur: Venite, adoremus, & incurvemus nos, genua flectamus coram Domino, factore noſtro.*

Verſus

Verſus conclave lignorum.] Arcam fœderis abſconditam ibi volunt Judæi non pauci, quorum ſententiam exactiſſimè, cum aliorum ea de re opinione, *Cl. Sebaſt. Schmidt, Argentoratenſis*, in ſingulari Disputatione *de Arca fæderis* expoſuit, quam vide.

ב

מעשה בכהן א' שהיה מתעסק וראה הרצפה שהיא משונה מחברותיה בא ואמר לחבירו לא הספיק לגמור את הדבר עד שיצתה נשמתו וידעו כ' בייחוד ששם הארון נגנז :

II.

FActum eſt aliquando cum Sacerdote quodam, qui laboravit, & pavimentum diverſum à reliquo vidit, quod cùm ſocio ſuo annunciaret, ne ſermonem quidem finire potuit, & animam confeſtim efflavit, è quo manifeſtè cognoverunt, arcam ibi conditam eſſe.

ANNOTATA.

Qui laboravit.] Id eſt, *Gemarâ Hieroſolymitanâ* exponente, qui מפציע עצים בלשכת דיר העצים *in conclavi lignorum findendis lignis vacabat*. Nec enim Sacerdotum quilibet ſine ullo diſcrimine ſacra peragere poterat: ſed opus inprimis erat, ut nullô corporis vitiô laborârit; & hæc ipſa cauſſa eſt, cur pœnas dederit, ſi in Sanctuarium ulteriùs quidem, quàm poſiti ei limites conceſſerant, ingreſſus fuerit. A peragendis ſacris igitur cùm vitioſi Sacerdotes arcerentur, lignorum, ad alendum in altari ignem, curam habebant, vermes in lignis perſcrutati, ſiquidem vermibus arroſa ab altari rejicienda erant, ut è *Cap. II. Middot* affatim videri poterit. Hinc & Maimon τῷ מתעסק opponit עובד, cujus officium inprimis erat ſacra ſolenni ritu celebrare.

Et pavimentum diverſum à reliquo vidit.] Viderat ſcilicet Sacerdos ille pavimentum, ut arbitror, non arctè ſatis junctum, vel lapides æquali inter ſe ſitu non nexos, ut protuberantem illum lapidem locô ſuô olim motum, arcamque fœderis ſub eo conditam fuiſſe, ſuſpicatus ſit. Quòd autem, ut obiter dicam, eruditi Viri רצפה h. l. *per aſſerem ſeu tabulam* exponunt, non facilè dixerim, an Rabbinorum autoritate probent. Lapidibus enim pavimentum illud

ſtratum fuiſſe arbitror, idque ipſum evincere ſequentia verba videntur, quæ *à Baal Ez hachaim*, commentatore inter Judæos non infimo, commodè appoſita ſunt, לא היתה האבן שוה לשאר אבני הרצפה: *Non erat lapis reliquis pavimenti lapidibus æqualis*, à quo Raſchi etiam *ad Joma pag.* 54. non diſſentit, dum inquit, Sacerdotem hunc אחת מן הטבלאות של שיש שברצפה ראה גבוהה מחברותיה *vidiſſe lapidem, ſeu tabulam quandam Parii marmoris, quô pavimentum ſtratum erat, præ altero elatiorem.*

Vix ſermonem finire potuit.] Diverſum patiuntur ſenſum Miſchnæ noſtræ verba, utrumque non ineptum. Primus is eſt, quem in Textu adduxi, Sacerdotem, nempe, vix re Collegis ſuis patefactâ, aut ſermone finitô, confeſtim animam expiraſſe; Alter huc rediret, Sacerdotem, pavimenti vitium, aut lapidum inæqualitatem, correcturum, ſubitò, ac manum operi admovit, animam reddidiſſe, nec, quod occœpit, perficere potuiſſe. Uterque locum habere poſſe, & ab ipſa Gemara confirmari quoque videtur, quod ut certiùs conſtet, verba ejus adſcribenda erunt: מעשה בכהן אחד בעל מום שהיה עומד ומפציע עצים בלשכת דיר העצים וראה את הרצפה שהיא משונה מחברותיה בא ואמר לחבירו בוא וראה את הרצפה הזאת שהיא משונה מחברותיה לא הספיקו לגמור את הדבר עד שיצתה נשמתו וידעו בייחוד ששם הארון נגנז · תני ר' הושעיה הקיש עליה בקורנס ויצאת אש ושרפתו. *Factum eſt cum vitioſo quodam Sacerdote, qui in conclavi lignorum conſtitutus ligna fidit, & pavimentum diverſum à reliquo vidit; Rem igitur ſocio ſuo indicavit, eique dixit: Veni, vide pavimentum hoc, quàm diverſum id ſit à reliquo? Vix autem ſermonem abſolvit, & animam exhalavit, ex quo certò cognoverunt, arcam ibi conditam fuiſſe Tradit R. Hoſchaja, eum malleo, locum illum percuſſiſſe, & ignem exiviſſe, qui eum combuſſerit.*

Manifeſtè.] In hebraico eſt vocabulum בייחור. Significat autem aliquando ייחוד unitatem, ac Metaphyſicis vox valdè familiaris eſt, quam Deo applicant, cùm ἑνότητα ejus dicere volunt. Hîc loci idem eſt ac בבירור, ut *Maſſ. Sanhedrin Cap. II.*

ג

והיכן היו משתחוים ארבע בצפון וארבע בדרום שלש

III.

ECquò autem ſe incurvarunt? Quater verſus ſeptentrionem

במזרח ושתים במערב כנגד
יג׳ שערים דרומיים
סמוכים למערב שער העליון
שער הדלק שער הבכורות
שער המים ולמה נקרא שמו
שער המים שבו מכניסין
צלוחית של מים של נסך בחג
ר׳ אליעזר בן יעקב אומר בו
המים מפכים ועתידין להיות
יוצאין מתחת מפתן הבית׃
לעומתן בצפון סמוכין למערב
שער יכניה שער קרבן שער
נשים שער השיר ולמה נקרא
שמו שער יכניה שבו יצא
בגלותו במזרח שער ניקנור
ושתי פשפשין היו לו א׳
בימינו וא׳ בשמאלו ושנים
במערב שלא היה להם שם׃

trionem, quater versus meridiem, ter versus Orientem, & bis versus occidentem, erga tredecim portas. Erant enim portæ Australes, occidentali plagæ vicinæ, porta superior, porta incendii, porta primogenituræ, porta aquarum. At quare vocatur nomine portæ aquarum? Quia eâ inferunt Lebetem aquarum libaminis in festo: R. Eliescr F. Jacobi dicit, quia in illa aquæ mutabuntur, egressuræ sub limine ædis. E regione istarum in septentrione, adhærentes occidenti, porta Jeconiæ, porta oblationis, porta mulierum, porta cantici. At quare nuncupatur porta Jeconiæ? Quia ex ea exivit Jeconia in captivitatem suam. Quæ autem erat in oriente, porta Nicanoris dicebatur, cui duæ erãt ostiola, unum ab ejus dextra, alterum ab ejus sinistra. Duabus in occidente non erat nomen.

ANNOTATA.

Ecquò autem se incurvarunt.] Utimur hîc versione *Constantini Lempereur*. Totum enim hoc membrum iisdem verbis occurrit etiam *Cap. I. & II. Mass. Middot*, quàm integram cùm jam olim Vir Cl. interpretatus sit, ad calcem uniuscujusque Mischnæ egregiis notis adjectis, labore superaddendi aliquid liberamur, crambenque bis coctam apponere nolumus. Videatur interim, si lubet, & *Ligtfootus in Chorographia Matthæo præmissa Cap. XXX.* seqq. & inprimis de porta

 Nicano-

Nicanoris, *Cl. Wagenseil in suo Sota p.* 37. E Judæis autem inter alios, *Abraham Harophe in Schilte haggibborim Cap. XV.*

ד

שלשה עשר שולחנות היו במקדש שמנה של שיש בבית המטבחים שעליהן מדיחין את הקרבים ושנים במערב הכבש א' של שיש א' של כסף על של שיש היו נותנין את האברים על של כסף כלי שרת ושנים באולם מבחוץ על פתח הבית א' של שיש וא' של זהב על של שיש נותנין לחם הפנים בכניסתו ועל של זהב ביציאתו שמעלין בקדש ולא מורידין וא' של זהב מבפנים שעליו לחם הפנים תמיד :

IV.

TRedecim mensæ erant in Sanctuario: Octo marmoreæ in receptaculo Poparum, super quas intestina lavabant. & duæ ad occidentem gradus altaris, altera marmorea, argentea altera. Illi membra imponebant, huic autem vasa ministerij. Duæ præterea mensæ erant in porticu, foris ad ostium domus, altera è marmore, ex auro altera. Marmoreæ panem propositionis imponebant, cùm is inferretur: aureæ autem, cùm exportaretur. Augeri enim honor rei sacræ solebat, non minui. Una autem mensa aurea erat interiùs, in qua perpetuo panis propositionis erat.

ANNOTATA.

Super quas intestina lavabant.] Singulare, in quo victimarum intestina lavabant, conclave in Sanctuario erat, לשכת המדיחין, *conclave lavantium* vocatum, de quo vid. Cap. V. Mass. Middot. Parùm igitur constare hic sibi videntur Doctores Mischnici, qui, quod unâ manu largiuntur, alterâ destruunt, &, quod semel affirmant, alibi negare videntur. Quid enim mensis his opus, si in certo conclavi à sordibus suis intestina jam perluta erant? Quâ itaque ratione ab hoc sese purgent crimine, ostendendum erit. Inquiunt autem, intestina

ſtina in conclavi lavantium clam primùm abluta eſſe, multô ſtercore fœda, quæ dein iteratô ſtudiô accuratiùs in menſis hiſce abluebant. Ita *Toſephot ad Cap. V. Midd.* הקרבים מריחין פעם ראשונה בלשכת המדיחים בצנעה לפי שמלוכלכים הרבה בפרש. *Inteſtina in conclavi lavantium clam primùm abluuntur, quia multô ſter core polluta ſunt.* Vid. etiam prolixiùs *Ez hachaim* Cap. V. Middot. Marmoreas autem menſas præ aliis potiùs eligebant, ut à putredine, caro, eò diutius conſervaretur: Ea enim lapidum natura eſt, à metallis diverſa, ut non æquè ſubſtantias carnoſas arrodant: ſed à fœtore diutiùs immunes tueantur.

Altera marmorea.] Imponebantur ei membra à popis jam diſſecta, donec tandem Sacerdotes in altare ea eveherent, cujus rei teſtis eſt *R. Abraham Haróphe Cap. XXV.* על של שיש היו נותנים האברים אחרי הנתוח עד שיעלום הכהנים למזבח *Menſa Marmoreæ diſſecta jam membra imponebantur, donec in altare à Sacerdotibus perferri potuerunt.* Cur autem eadem non ex argento, vel auro, facta fuerit, paulò ante ſubinnuimus, ut eadem hic repetere non è re ſit; Et quamvis inter decem prodigia, quæ Majoribus eorum in Sanctuario divinitus facta, contendunt, hoc etiam *in Maſſ. Abot. Cap. V.* numeretur שלא הסריח בשר הקדש מעולם *carnem ſacram, in ſummitate altaris per biduum etiam diſpoſitam, nunquam tamen, ne in graviſſima quidem æſtate, ſætorem contraxiſſe*; eidem nihilominus miraculo inniti etiamnũ noluerunt, לא היו סומכין על הנס. Animô quippe recolebant, Deum non tentandum eſſe, & tum potiſſimùm miracula ceſſare, cùm plus æquô vel iisdem adſcribitur, vel eorum cauſſâ induſtria noſtra langueſcit.

Argentea altera.] Diverſa ex auro & argento affabre ficta vaſa quotidiè è certo conclavi depromebant, numerô, ut ajunt, XCIII. quæ huic menſæ ex ordine imponebantur.

Duæ præterea menſæ erant in porticu.] Altera è marmore, vel etiam ut *R. Abraham Haróphe* teſtatur, או של נסף *ex argento*, in qua ipſa panem propoſitionis collocabant, poſtquam excoctus eſt, donec menſæ illi, quæ in Templo erat, apponeretur. Hæc enim R. *Abrahami* verba ſunt: ועל של שיש או של כסף היו נותני׳ את לחם הפנים בכניסתו אחר שנאפה עד שיסדרוה על השולחן שהיה בהיכל. *Marmoreæ autem vel argenteæ menſæ panem propoſitionis imponebant, poſtquam coctus eſt, donec menſæ illi, quæ in Templo erat, apponeretur.*

Augeri enim honor rei ſacræ ſolebat, non minui.] Res huc redit: Cùm panis propoſitionis jam ſemel à menſa aurea ablatus ſit, non integrum fuiſſe, eundem demum menſæ argenteæ imponere. Honorem, nempe, rei ſacræ per id potiùs imminutum eſſe, quam auctum, cùm argentum, quamvis metallum ſat nobile, hominum tamen judiciô, ipſô aurô multis modis inferius habeatur, *Horatii* teſtimoniô, *Epiſt. lib. I. Vilius argentum eſt aurô.* Decupla enim proportio inter aurum & argentum interceſſerat, melioribus etiam temporibus, Romæ, & Athenis, ut pluribus oſtendit *Cl. Gronovius de pecun. vet. L. II, Cap. VIII.*

ה

שלש עשר שופרות היו במקדש וכתוב עיליהן תיקלין חדתין ותיקלין עתיקין קיני' וגוזלי' עולה עצים ולבונה זהב לכפורת ששה לנדבה תיקלין חדתין שבכל שנה ושנה ועתיקין מי שלא שקל אשתקד שוקל לשנה הבאה קינין הן תורין וגוזלי עולה הן בני יונה וכולן עולות דברי ר' יהודה וחכמים אומרים קינים אחד חטארת ואחד עולה וגוזלי עולה כולן עולות :

VIII.

Tredecim arculæ erant in Sanctuario, quibus inſcriptum erat: Sicli novi, Sicli veteres, Kinin, Goſle ola, Ligna, Thus, Aurum ad propitiatorium: Sex autem ex arcis illis pertinebant ad oblationem ſpontaneam. Arca ſiclorum novorum inſerviebat ſiclis anni præſentis; veterum, ut qui annô præteritô ſiclum non dedit, annô ſequente exſolveret. Kinin ſunt turtures; Goſle ola ſunt columbæ, & utraque quidem, juxta R. Jehudam, ad holocauſtum adhibentur; Sapientes autem ajunt, è Kinin alterum pro holocauſto offerri: alterum autem in ſacrificiô pro reatu, & Goſle ola in univerſum eſſe holocauſta.

ANNOTATA.

Sicli novi.] Qui ſiclum ſuum menſe Adar, quô ipſô ad aliorum

rum exemplum, pendere eum, fas fuiſſet, non exſolverat, ei temporis mora concedebatur, ægrè quidem tanta, ut per integrum annum licuerit, quod maturiùs non poterat, ſuô jam commodô exequi, id ipſum Rabbinis quibusdam ſic exponentibus: מי שלא הביא שקלו באדר מביאו בכל השנה ונותנו באותו שופר *Qui ſiclum ſuum menſe Adar non obtulerat, per integrum adhuc annum eum offerebat, & in hanc arcam conjiciebat.* Vid. *Maimonidem*, & quæ ad *Cap. I.§.III.* annotavimus. Aliud autem R. Abrahamo Harophe placet: Is enim relictos in conclavi, poſtquam ter ex eo nummi ad ſacrificia depromebantur, ſiclos hâc ipſâ arcâ tamdiu aſſervatos fuiſſe, ait, donec aliqua neceſſitas obveniſſet. En ipſa hominis verba Cap. XXXV. התיבה הא׳ היא הכתוב עליה תקלין חדתין והם השקלים שנותרו בלשכה אחרי הג׳ הפרשות של השנה ההיא שנותנין בתוך התיבה הזאת לגונזם שם עד עת הצריך. *Arcæ primæ inſcriptum erat: Sicli novi. In eam enim ſicli illi conjiciebantur, qui in conclavi, certâ eorum parte ter quotannis demtâ, reliqui fuerunt, ut aſſervari poſſent, ſi iis quandoque opus fuiſſet.*

Sicli veteres.] Hac arcâ concludebantur ſicli, annô vertente demum oblati, & qui præteritó offerri debuiſſent, *Maimonidis* judiciô: והשופר השני כתוב עליו תקלין עתיקין ומה שהיו כונסין מן השקלין שנשארו לגבורת משנה של אשתקד היו מטלין אותן שם *Secundæ arcæ adſcriptum erat: Sicli veteres, in quam, quod ex ſiclis anno præteritó nondum ſolutum erat, nunc autem demum collectum, immitti ſolebat.*

Sex autem ex arcis illis pertinebant ad oblationem ſpontaneam.] Cur præcisè ſex arcarum harum fuerint, prolixè disquiritur in *Maſſ. Menachot p. 108. 2.* R. Chiskias ideò id factum cenſet, ut numero Sacerdotum claſſis paternæ reſponderent, Cuſtodes enim ſingularum ſeptimanarum in ſex ordines dividebantur, quorum unus ſingulis diebus miniſtraret, quem *paternam familiam ſeu claſſem* Mischna appellat, quia Sacerdotes in certas familias ſecundùm earum capita diviſi erant. Vid *l' Empereur in Middot p. 31.* In gratiam itaque ſex horum ordinum, ſex arcæ illæ conſtituebantur, שיהא שלום זה עם זה, *ut quilibet mutuam cum altero pacem ſervaret*, Gemarâ docente, *quam conſ. in Schekal. Cap. VI. circa finem.* Cùm enim animalium pelles, Sacerdotibus iis, qui ea offerebant, in lucrum cederent, nec verò, quamdiu altare vacuum non erat, arcæ illæ exhaurirent-

rirentur; fieri utique facilè poterat, ut ſub hujus ordinis miniſterio multa vota à nonnullis facta fuerint, aliô autem quodam ordine miniſtrante nihil omnino devoverint reliqui, adeòque ob animalium pelles ex æquo inter ſe dividendas, turbas invicem fecerint Sacerdotes, quæ ut perpetuò ſileſcerent, unicuique eorum ordini ſingularem ſuam arcam aſſignarunt. *Vid. Raſchi.* Diverſam autem ſex arcarum harum cauſſam tradit R. Jochanan, qui tot arcas unius rei uſui deſtinatas, inquit, ob magnam votorum copiam:

אמר ר' יוחנן מתוך שהנרבה מרובה תיקנו להם שופרו' מרובין כדי שלא יתעפשו המעות. *Ait R. Jochanan, quoniam votorum magna erat copia, variæ arcæ iis aſſignatæ erant, ne pecunia rubiginem contraheret.* Sciri autem, ratione diverſi generis pecorum, diverſas fuiſſe arcas inquiebat, variis etiam nominibus notatas, prout quælibet earum poſtulabat. Aliam enim adſcriptum habuiſſe vocabulum פר, ſeu, *juvenci*, aliam עגל, ſeu *vituli*, tertiam איל, ſeu *arietis*, quartam כשב, ſeu *agni*, quintam, גדי, ſeu *hædi*, & ſextam שעיר, ſeu *hirci*, in quarum quamlibet nummos, neceſſitate exigente, intruſerint, ut ex iis vel vitulos, vel arietes, &c. ad ſacrificia coëmerent. Controverſiam hanc inter ſe componant Rabbini; nobis enim nihil hîc metitur vel ſeritur. Cœterùm vid. *Maimon ad Miſchnam.*

ו VI.

האומ' הרי עלי עצים לא יפ
יפחות משני גזרים לבונה לא
יפחות מקומץ זהב לא יפחות
מדינר זהב ששה לנדבה נד
נדבה מה היו עושין בה
לוקחין בה עולות הבשר לשם
העורות לכהנים זה מדרש ד
דרש יהוידע כ"ג אשם היא א
אשם לה' זה הכלל כל מק
שהוא בא משום חטא ומשום

QUi ait: Ecce in me ſuſcipio ligna! minus non offerat, quam duo ſegmenta; Thus! non offerat minus, quam manipulum: Aurum! non minus, quàm denarium aureum. Sex arcæ pertinebant ad oblationem ſpontaneam. Quid autem cum iis factum eſt? Emebant inde ſacrificia, carnemq; Deo offerebát: cutis verò Sacerdotibus relinquebatur. Sic enim rem ingenioſè Jehoiada, Sacerdos magnus expoſuit, אשם

אשמה ילקח בו עולות הבשר
לשם והעורות לכהנים נמצאו
ב' כתובים קיימים אשם להי
ואשם לכהנים ואומר כסף
אשם וכסף חטאות לא יובא
בית יי' לכהנים יהיו :

אשם esse id, quod Deo pro reatu offeratur. Hæc est regula generalis : Omne quodcunque propter peccatum aut reatum offertur, emuntur ex eo holocausta, caro Deo relinquitur, pelles autem Sacerdotibus. Et utrumque quidem duo versus Biblici confirmant. Dicitur etiam : *Pecunia pro reatu, & pecunia pro peccato, in Domum Domini non inferebatur; Sacerdotum ea erat.* II. Reg. XII. ℣. 15.

ANNOTATA.

Minus non offerat, quàm duo segmenta.] Intelligendum hoc est de iis, qui expressè votum nuncupaverant: Secus enim se habebat res cum eo, qui nullius voti reus, sponte aliquid obtulerat, cùm unicum etiam segmentum ligni offerre licitum ei fuerit, quam in rem è *Bartenora* testimonium proferemus: ודוקא המתנדב עצים סתם אבל הרוצה להביא אפילו עץ אחד יביא. Eô ipsô autem die, quô quis duo ligni segmenta offerebat, cibô abstinere, vel mortuum flere, aut opus aliquod subire interdicebatur, potiùs ex consuetudine, usuq; receptô, quàm lege quadam jubente. Audiamus hanc in rem quoque *Maimonidem Cap. VI. Chele hammikdasch c. f.* אפילו יחיד שהתנדב עצים או גזרים במערכה אסור באותו יום בהספד ובתענית ובעשיית מלאכה ודבר זה מנהג.

Segmenta.] Seu, ut *Raschii ad Menachot pag.* 106. verba addam, שני בקעיות גדולות duo frusta magna, crassitie majoris cubiti, longitudine autem minoris. עוביין באמה שוחקות ואורכו גדומה

Quàm denarium aureum.] Ad Mischnæ mentem meliùs intelligendam *Gemaræ* verba adjicere opus erit, quæ ita : א"ר אלעי והוא שהזכיר צורה אבל לא הזכיר צורה מביא אפילו צינורא. *Ait* R. Elai, *eum, qui aurum vovet, minus non offerre posse, quàm denarium aureum, tum puta, quando expresse figuræ certi cujusdam nummi meminit; sin id minus, integrum eidem fuisse, aliô etiam aurô votum solvere,*

v.g. cum aurea furcula, &c. Et ſic quidem Gemaram interpretamur, *Bartenoram* ſecuti, qui τὸ צינורא per מין מזלג קטון exponit. Inauris nempe perexigua erat, ad fuſcinulæ formam elaborata, prout quidem ipſi videtur *in Maſs. Chelim Cap. XI.* ad finem. Philippus Aquinas autem & Baal Aruch aliter animati ſunt, qui צינורא monile fuiſſe contendunt, quod figuram botri referebat. Ajunt enim: מנהג ארץ ישראל לעשות נזמי זהב באזניהם ועשויין ד׳ או ה׳ חתיכות שיהו כמו אשכול נזם. *In more poſitum fuit terræ Iſraëliticæ, monilia aurea auribus appendere, quæ è quatuor aut quinq; particulis conſtructa erant, ut botri figuram haberent.*

פרק ז

CAPUT VII.

משנה א

מעות שנמצאו בין השקלים לנדבה קרוב לשקלים יפלו לשקלים לנדבה יפלו לנדבה מחצה למחצה יפלו לנדבה בין עצים ללבונה קרוב לעצים יפלו לעצים ללבונה יפלו ללבונה מחצה למחצה יפלו ללבונה בין קינין לגוזלי עולה קרוב לקינין יפלו לקינין לגוזלי עולה יפלו לגוזלי עולה מחצה למחצה יפלו לגוזלי עולה בין חולין למעשר שני קרוב לחולין יפלו לחולין

MISCHNA I.

Nummi inter arcam ſiclorum, & oblationum ſpontanearum inventi, ſi prope arcam ſiclorum adjacebant, ad ſiclos conjiciebantur; ſi propiores arcæ oblationum ſpontanearum erant, in eam immittebantur; ſi ex æquo utrinque diſtabant, in eandem. Si inter arcam lignorum & thuris inventi ſunt, qui propiùs ab arca lignorum aberant, in eam indebantur: qui arcæ thuris viciniores, inferebantur in hanc; qui æqualiter utrinque diſtabant, huic eidem debebantur. Nummi inter Kinin, & goſle ola, inventi, proximiores arcæ Kinin, adjudicabantur arcæ Kinin, proximiores goſle ola, in eam intrudebantur, & ſi ex æquo interjacerent utramque, in eandem. Inter nummos profanos, & decimas

למעשר שני יפלו למעשר שני מחצה למחצה יפלו למעשר שני. זה הכלל הולכין אחר הקרוב מחצה למחצה לצ׳ להחמיר :

decimas ſecundas, inventi, haut longè à nummis profanis, ad eos redibant: propiores decimis ſecundis, ad eaſdem; ſi medii inter utroſque erant, iterum ad eaſdem. Notetur Canon: Ad proximam ſemper, cui adjacent, itur; in medio autem poſiti, ſanctiori inferuntur.

ANNOTATA.

Nummi inter arcam ſiclorum & oblationum ſpontanearum inventi.] Cùm nihil adeò firmum & ſtabile ab hominibus poſſideri queat, quin id ipſum, magnâ etiam curâ cuſtoditum, quandoque præter ſpem è manibus amittant, id jam hoc Capite disquiritur, quid cum iis rebus agendum ſit, quæ ad Sanctuarium pertinebant, & quas caſu quodam inventas ſors alicui obtruſerat. Inter omnia enim bona terrena ut nihil æquè felicem hominem reddit, quàm tantas opes nactum eſſe, quibus egeſtati, aliisq; incommodis ſuccurratur: ita vix datur aliud, ob quod inter ſe magis velitentur homines, quàm aurum & argentum, idque ſummò conatu retinendi cupido. Iis itaque, quæ exoriri poterant, litibus ut in tempore obviam irent, certæ ferebantur leges, ad quas & Nummularii, & deperditarum rerum inventores ſe componerent. Nummos autem ipſos quod attinebat, id ſtudioſè attendebant, inter quam arcam, ſeu thecam nummariam, reperti fuiſſent, & quô intervallô? Ex eo enim totum dijudicabatur negotium. Antequàm autem ipſam Miſchnam aggrediamur, è *Gemara* oſtendendum prius erit, quâ ſerie ſitæ invicem fuerint arculæ illæ, quarum ſchema Cap. II. jam deſcripſimus. Eas autem כמין כוכליים היו עשויין (aut ut quædam editiones legunt קובליים) *in orbem diſpoſitas fuiſſe* R. Abon, nomine R. Pinchas, teſtatur, non quidem in perfectam quandam peripheriam: ſed in בעיגול כחצי גורן עגולה שהשקלים בראש א׳ והנדבה בראש האחר סמוך זה כנגד זה *ſemicirculum, ad formam horrei dimidiati, ita nempe, ut arca ſiclorum alterum extremū tenuerit, alterū verò arca oblationum ſpontanearū, quævis vicina alteri*, eô ferè modô, quô Synedriū olim conſidebat, quod *Pſikta rabi p. 13. col. 1.* non,

בוטרגובין, ſeu in longam lineam, ſed אסטרונגילון *στρογγύλως* ſediſſe ait. Conf. Sohar in Geneſin pag. 13. col. 4.

Si prope arcam ſiclorum adjacebant.] Conjiciebantur nummi prope arcam ſiclorum inventi, in eandem, quia בתר קרוב אזלינן *è propinquo res nullò non tempore dijudicabatur*, ad exemplum illius Deuteron. XXI, 3. In terra ſancta enim, quòd ſi occiſus ruri jacens inventus fuiſſet, Senatores, & Judices, Lege divinâ jubebantur, oppidorum, quæ circa occiſum erant, diſtantiam metiri, ut citra controverſiam ſciretur, cuinam civitati juvencam, prout Deus juſſerat, decollare liceret, ac ab injuſta cæde ſeſe purgaret. Re autem, oppido, quod cadaver proximè adjacebat, adjudicatâ, Rabbini etiam legibus ſanxére, controverſiam, ex intervallo, cuivis arcæ proximo, ſemper dirimendam eſſe, ſi inter duas arcas nummi inventi fuiſſent.

Si ex æquo utrinque diſtabant, in eandem.] Cauſſam *Bartenora* indicabit. Ideò enim in medio nummos inventos, arcæ oblationum ſpontanearum potiùs, quàm ſiclorum, ceſſiſſe, inquit, דחמירא משקלים דכולה עולות אבל שקלים מביאים מהם פעמים חטאות שנאכלים לכהנים ועוד דשיירי שקלים לחומות העיר ומגדלותיה: *quia eadem dignitate ac religione ipſos etiam ſiclos anteibat; omnes enim nummos oblationum ſpontanearum ad ipſa holocauſta adhibitos eſſe; ſiclorum autem nummos partim ad ſacrificia pro peccato, quæ Sacerdotes comedebant: partim ad alia, ac, ex ipſò ſiclorum reſiduo, turres mœniaque urbis reparata eſſe.* Eadem vero in cæteris militabat ratio, ſi medii inter utramque arcam nummi reperti erant; Priores enim partes ea ſemper tenebat, quæ dignitate alteram vicerat. Sic v. g. inter arcam lignorum, & thuris, ex æquo nummi inventi, arcæ thuris indebantur, דלבונה היא עצמה קרבן ועצים מכשירי קרבן *quia thus, ipſum erat ſacrificium; ligna autem id ſaltem præparabant*, ſeu medium aliquod erant, quó ſacrificia peragi poterant.

Ad proximam ſemper, cui adjacent, itur; in medio autem poſiti ſanctiori inferuntur.] Ita legit Talmud Hieroſolymitanum, & Maimon, cujus verba *Cap. III. Hilch. Schekal.* hæc ſunt: כל המעות הנמצאות בין כל תיבה ותיבה יפלו לקרוב *Omnes nummi inter duas arcas inventi, in proximam ſemper conjiciantur*, & paulò poſt: זה הכלל הולכין אחר הקרוב בכולן מחצה למחצה להחמיר. *Hæc eſt Regula generalis: Ad proximam ſemper itur; in medio autem poſiti, ſanctiori cedunt.* Variæ autem editiones Miſchnajot poſt

הקרוב

הקריב addunt להקל, ut ſenſus ſit, in proximam ſemper arcam nummos intrudi, etiamſi ea inferior ſanctitate ſit alterâ; in medio autem poſitos ſanctiori inferri.

ב II.

מעות שנמצאו לפני סוחרי בהמה לעולם מעשר בהר הבית חולין בירושלים בשעת הרגל מעשר ובשאר כל ימות השנה חולין:

NUmmi ante Jumentorum mercatores inventi, ſemper decimæ ſunt: in Atrio gentium, profani; Hieroſolymis, tempore trium feſtorum, decimæ; reliquis autem omnibus anni diebus, profani.

ANNOTATA.

Ante jumentorum Mercatores.] Seu τὰς πωλοῦντας βόας καὶ πρόβατα, ut Johannes Cap. II. eos appellat, qui tamen extra Sanctuarium emporium ſuum habebant. Ita enim *Maimon Cap. VI. Hilch. Maaſ. ſchne*: מעות הנמצאות לפני סוחרי בהמה בירושלים לעולם מעשר. *Nummi ante jumentorum mercatores Hieroſolymis inventi, decimæ ſemper ſunt.*

Semper.] Id eſt, integrô etiam annô, בין בשעת הרגל בין שלא בשעת הרגל, ſive circa tria feſta ſolennia, quibus Hieroſolymas ſe conferebant, ut Deo ſe ſiſterent, ſive aliô tempore.

Decimæ ſunt.] Ideò nempe, ut *Maimon ad Miſchnam* exponit, לפי שבני אדם עולים שם במעות מעשר שני לקנות בהם הבהמות על הרוב וכל מה שימצא לפני סוחרי הבהמות בקר וצאן נאמ׳ שמא ממעות מעשר שני נפלו מיד הקונה, *quia homines, eò, cum pecunia decimarum ſecundarum conſcendebant, pecora maximam partem ex illa comparaturi, ut facilè concludi poſſit, id omne nummorũ, ante mercatores jumentorum, v. gr. boum & ovium, inventum, è pecunia decimarum ſecundarum proveniſſe, atque ab emtore quodam per incuriam excidiſſe.* Conf. Bartenoram, & Raſchium in Maſſ. Peſach. p. 7. Bav. Mez. p. 26.

In Atrio Gentium,profani.] Quinimò in festis solennioribus inventi. Etsi enim omnis pecunia in civitate maximam partem decimæ tum fuerint,nihil tamen obstabat,quò minus illô tempore in atrio gentiũ reperti nummi,profani habiti sint,cùm fieri potuerit,ut quis ante festum, eos jam amiserit, quô tempore adhuc profani erant. *Vid. Raschi ad Bav. Mez. p. 26.* Quod autem cœterùm in *Mass. Berachot Cap.ult.* legitur, לא יכנס להר הבית לא במקלו ולא במנעלו ולא בפונדתו: *Nemo ausit Atrium gentium, nec cum baculo suo, nec cum calceo, nec cum cingulo cavo ingredi*, in quod numos abdebant, id nullam difficultatem parit, nec Mischnæ nostræ adversatur. Solvit enim hoc ipsum dubium *Baal Tosephot Bav. Mez. p. 26.* י״ל דאין אסור לכנס אלא במעות הצרורים לו בסדינו בפהרסיא דנראה שנושא אותם לסחורה וגנאי הוא וכעניין זה אפילו של הקדש אסור אבל בידו אפילו הן של חולין מותר ליכנס. *Dicendum est, non prohibitum esse atrium gentium ingredi, nisi cum nummis linteô quodã publicè convolutis, quibus mercaturam exercere videri posset; quod opprobrio omninò fuisset; & hôc quidem modô interdictum etiam erat cum nummis sacris eò se conferre. Quod si quis autem nummos in manu sua*, (vel, ut quædam exemplaria legunt, בצינעא בכיסו) *clam in marsupio secum circumtulisset, etiamsi profani iidem fuissent, licitum erat cuivis atrium gentium cum iis ingredi.*

Hierosolymis.] Id est, Maimonide & Raschio exponentibus, ואמרו בירושלים ר״ל בכל השוקים, *extra Sanctuarium in reliquis urbis plateis*, ut Bartenora addit: שלא בשוק הבהמות, *præterquam in Boario.*

Tempore trium festorum,decimæ;reliquis,&c.] Quia רוב מעות העיר מעשר *maxima nummorũ in civitate pars eô tempore decimæ erant.* Nec verò objectioni hîc locus erat, cur iidem nummi æquè ac alii, in Atrio gentium reperti, profani non habiti sint. Caussam enim ipsa Gemara reddit in Bava Mez. p. 26. הואיל ושוקי ירושלים עשויים לחתכבד בכל יום, *quia plateæ Hierosolymis quotidiè verrebantur, ut à Scopariis, si qui nummi deperditi essent, facilè inveniri potuissent*, cujus rei diversa ratio in Atrio gentium erat, quod scopis indies verrere, loci natura declivis, multisque ventis pervia, qui pulverem excusserant, non requirebat. Vid. *Raschi l. c. & Maimon. Hilch. Maaser schne Cap. VI.* quibus adde Lightfootum Chorogr. Marco præmissa Cap. III. §. VII.

ג

בשר שנמצא בעזרה איברין
עולות חתיכות חטאות ב׳
בירושלים זבחי שלמים זהו
וזה תעובר צורתו ויצא לבית
השריפה נמצא בגבולין א׳
איברין נבילות חתיכות ם
מותרות בשעת הרגל ש
שהבשר מרובה אף איברין
מותרין:

III.

SI caro in Atrio inventa est, eaq; integra membra erant, holocausta sunt; at si portiones, sacrificia pro peccato: Hierosolymis autem inventa, sacrificia pacifica. Utraque verò figuram amittere debebat, & in locum combustionis perferri. Caro in Gebulin inventa, si membra fuerint, morticinia sunt: si portiones, licita. Tempore autem trium festorum, quô magna carnium copia aderat, ipsa quoque membra licita sunt.

ANNOTATA.

Eaque integra membra erant.] Eô puta modô dissecta, quô holocausta dissecari solebant, quod quomodò factum sit, cùm à nemine, quantùm recordor, expositum hactenus viderim, è *Jadchasaka Maimonidis*, qui *Caput IV. Mass. Tamid* in epitomen quandam redegit, ostendere ab instituto nostro alienum non erit. Verba ejus hebraica hæc sunt in *Hilch. Maas. Korbanot Cap. VI.* §. 5. כיצד מנתחין את העולה לא היה שובר את הרגל אלא נוקבו ותולה בו ומפשיט · ואם היה שור מפשיטו בלי תלייה · ומפשיט עד שהוא מגיע לחזה · הגיע לחזה חותך את הראש ונותנו לכהן · וחתך את הכרעים ונותנן לאחר ומשלים את ההפשט · וקורע את הלב ומוציא את דמו · וחותך את הידים ונותנן לאחר עלה לרגל ימינו חותכו ונותנו לאחר ושני ביצים עמה · ואח״כ קורע את הבהמה עד שיגלו את המעים · ונוטל את הפרד ונותנו על הראש מלמעלה על בית השחיטה · ונוטל את הקרביים ונותנן לאחר הולך ומריחן במים שנא׳ והקרב והכרעיים ירחץ במים · לא ביין ולא במזג ולא בשאר משקים וכל המימות כשרין:

כמרת

כמרה מדיחין׳ הכרס מדיחין אותה בבית כל צרכה . הקרבים אין
פוחתין מגי פעמים ׳ ומדיחין אותן על שולחנות של שיש שבין
העמודים׳נטל את הסכין ומפריש את הריאה מן הכבד ואצבע הכבד מן
הכבד ואינו מזיז הכבד ממקומו ׳ ונוקב את החזה ונותנו לאחר ׳ ועולה
לדופן הימנית וחותך ויורד עד השדרה ׳ ולא יגיע בשדרה עד שהוא
מגיע לשתי צלעות רכות חותכה ונותנה לאחר והכבד תלויה בה ׳
בא לו לגרה מניח בה שתי צלעות מכאן ושתי צלעות מכאן חותכה
ונותנה לאחר והקנה והלב והריאה תלויין בה ׳ בא לו לדופן השמאלית
ומניח בה שתי צלעות רכות סלמעלת ושתי צלעות רכות מלמטה וכך היה
מניח בחברתה׳נמצא מניח בשתי הדפנות ארבע צלעות בזו וארבע צלעות
בזו׳ חותכה ונותנה לאחר והשדרה עמה והטחול תלוי בה . בא לו לעוקץ
חותכו ונותנו לאחר והאליה ואצבע הכבד ושתי כליות עמה ׳ נוטל את
הרגל השמאלית ונותנה לאחר.׃ וכסדר זה מפשיטין ומנתחין עולת
בהמה ׳ ואיכו הן הנתחין האמורין בתורה ונתח אותו לנתחיה׃

Quomodò in partes ſecabatur holocauſtum? Non confringebatur pes ejus (Lanionum more, qui cum cute pedem priùs abſcindere conſuevere) *ſed ipſum pecus duobus pedibus perforabatur, ſicque appenſum demum excoriabatur, & ſi holocauſtum illud bos erat, nec quidem* προσηρτημένος *excoriabatur. Eò usque verò cutem detrahebat, qui mactandi provinciam ſuſceperat, donec ad pectus perventum eſſet; id enim ſi attigerat, ex omnibus membris primò caput detruncabat, quod, nondum tamen pelle nudatum, Sacerdoti, quem ſors tangebat, tradebatur. Deinde crura amputabat, iiſque alteri cuidam Sacerdoti traditis,* (plures enim miniſtrantes adſtabant) *omni ex parte deglubere pecus pergebat, quô factô cor ipſum aperiebat, ut ſanguine ſuô mundaretur, pedibusque unà anterioribus præciſis, Sacerdoti in ordine proximo committebat. Si ad dextrum pedem perveniſſet, reſectum cum duobus teſticulis iterum alteri porrigebat. Tum diſſecabat, quod ex pecore ſupererat, ut inteſtina conſpicerentur, adipemq; aſſumtum capiti ſupernè impoſuit, quò collum obtegeretur. Viſcera autem ipſa exemta Sacerdos alius exceperat, quæ is aquâ abluebat, ſuisque grandioribus ſordibus purgabat, juxta illud: Et inteſtinum & crura lavabit in aquis, Levit. I. 13. Nec tamen ea vel vinô, vel ullis aliis liquoribus abluere licebat; omnesque aquæ ad id aptæ erant. Hôc autem modô ea lavabantur: Corpus videlicet ipſum in conclavi Lanionum, quantùm opus erat: Inteſtina verò, quæ non minùs quàm tribus vicibus abluebant,*

in

in marmoreis purgabantur menſis, quæ inter columnas ſtabant. Tandem his omnibus peractis, arreptô cultrô, Lanio pulmonem à jecore ſeparavit cum hepatis reticulo, jecore tamen ſuô locô relictô. Et pectus quidem perfoſſum pòſt Sacerdoti cuidam tradebat. Dextrum tum latus aggreſſus, diſſecabat ad ſpinam dorſi uſque deſcendendo. Nec tamen eam attingebat, antequam ad duas coſtas tenuiores perveniſſet, quam tum diſſectam viciſſim alteri committebat, cum hepate; quod adhæſerat. Collum aggreſſus, ex utroq; latere duas relinquebat coſtas, idq; ipſum à trunco avulſum alter auferebat, cum aſpera arteria, pulmone, & corde, quæ unà collo adhærebant. Latus ſiniſtrum adortus, relinquebat in eo, ſupra & infra, duas coſtas tenues, quemadmodum in latere dextro fecerat, ut in ambobus lateribus ex utraque parte quatuor relinquerentur, quô factô ipſum diſſecuit demum latus, & cum ſpina dorſi, ac ſplene, alteri offerebat. Simul ac caudam tetigiſſet, abſciſſam eam cum hepatis reticulo, & duobus renibus alius cuſtodiebat. Arreptum tandem pedem ſiniſtrum denuò alteri commiſit. Atque hoc modò ad holocauſtum jumentum excoriabatur & diſſecabatur, qui diſſecandi modus in Lege reperitur, dum dicitur: Et concidet illud in fruſtra ejus, &c. Si cui obſcurior in quibusdam noſtra verſio videbitur, addat Raſchium ad Cap. IV. Middot.

At ſi portiones, ſacrificia pro peccato.] Non enim in Sanctuario aliud comedebatur, niſi ſacrificia pro peccato, & reatu. Vid. *Bartenoram*.

Hieroſolymis inventa, ſacrificia pacifica.] Quia maxima pars carnium, quæ extra Sanctuarium conſumebantur, ſacrificia pacifica erant, *Bartenora* docente: דרוב בשר הנאכל הוי שלמים. Maxima pars carnium, quæ edebantur, pacifica erant.

Utraq; verò figuram amittere debebat & in locum combuſtionis perferri.] Utraque, ſcilicet caro, ſeu in Sanctuario, ſeu extra id inventa, per aliquod tempus relinqui debebat, ut inepta redderetur, quia comedere eam interdictô Divinô, Exod. XXIX. 34. non licebat. Etenim ſiquid de carne conſecrationum, & de pane, uſque mane ſupererat, reſiduum illud igne comburere jubebantur. *Figuram* itaque *amittere* nihil aliud h. l. ſignificat, quàm שיניחוהו עד שיפסל, *quòd caro illa per certum tempus relinqui debuerit, quô reverà vitiaretur, nec ſtatim ac inventa eſt, igne conſumeretur.* Vid. pluribus *Bartenoram in h. l. & Cap. VIII. Maſſ. Sebachim* §. 4. Ipſa porrò verba, *perferri in locum combuſtionis*, id ſibi volunt, quòd ad altare adhibita illa caro non fuerit, ſed alibi combuſta.

Caro in Gebulin inventa, ſi membra fuerint, morticinia ſunt.] Cur extra Hieroſolymas inventa membra, morticinia fuerint, Bartenora non obſcurè indicat. Ait enim, שכן דרך שחותכין הנבלות לאברים ומשליכין ברחובות ·שיאכלום הכלבים *in more apud eos poſitum fuiſſe, ut morticinia, ſeu cadavera, membratim diſſecarentur, quæ in plateas ejecta canibus in cibum cederent.* Ipſis autem carnis portionibus uti tutò licebat, שאין רגילין לחתוך הנבלות לחתיכות אלא הכשרות רגילין לחתוך לחתיכות קטנות למכרן לישראל או לתת אותם הקדרה, *quia cadavera in portiones diſſecari non ſolebant, ſed è mundis ſaltem beſtiis exiguæ portiones cædebantur, ut vel Iſraelitis eas divenderent, vel ipſas ii coquerent.* Nec verò ſilentio prætereundum eſt, quod *Bartenora* ſtatim annectit, & *Maimon* etiam monet, diverſam ejus inſtituti eſſe rationem, ſi in eadem civitate cum Judæis aliæ gentes cohabitarent. Tum enim ipſæ etiam portiones carnis ad uſum ineptæ erant. ודין זה בעיר שכולה ישראל אבל בעיר שיש בה גוים אפילו חתיכות אסורים· *Intelligendum hoc eſt de urbe illa, in qua præter Judæos alii populi nulli degunt: In ea autem civitate, quam gentiles unà inhabitant, nec portiones carnis licitæ ſunt.*

Tempore autem trium feſtorum, quô magna carnium copia aderat.] Ipſa ſcilicet membra iis feſtis licita erant, ſeu uſui concedebantur, quia caro אין חותכין הבשר לחתיכות קטנות אלא מבשילים אותו איברים *illo tempore in exiguas partes non diſſecabatur; ſed ob frequentem hominum concurſum integra etiam membra coqui ſolebant*, ut nihil à morticiniis metuendum fuerit. Vid. *Maimonidem.*

ד

בהמה שנמצארת מירושלים ועד מגדל עדר וכמידתה לכל רוח זכרים עולות נקיבות זבחי שלמים ר׳ יהודה אומר הראוי לפסחים פסחים קודם לרגל ל׳ יום·

IV.

JUmentum Hieroſolymis uſque ad turrim Eder, aut alibi tantundem diſtante loco, ex quacunque etiam plaga inventum, maſculum, holocauſtum erat, fœmineum autem ſacrificium pacificum. R. Jehuda inquit, quicquid ejus ad feſtum Paſchatis aptum erat, ad illud adhibebatur, ſi XXX. diebus ante feſtum inventum erat.

ANNOTATA.

Usque ad Turrim Eder.] Nihil de hac Turri apud Talmudistas legisse me memini, quot lapidibus ea Hierosolymis abfuerit. Mille autem ferè passibus à Bethlehem, quod sex milliaribus distasse Hierosolymis vulgò ferunt, Hieronymi judiciô abfuisse credendum erit. Inter sex igitur, & quod excurrit, milliaria, masculum jumentum inventum, holocaustum erat. Vid. Commentat. & *Raschium p. 55. Mass. Kidduschin*, & Lightfootum in Chorogr. Marco præmissa Cap. IV. §. 4.

R. Jehuda inquit.] Consulendus hic *Maimon* est, ut, quæ R. Jehudæ mens sit, clariùs patescat. כבר ידעת כי עולות הבהמה אינה באה אלא מן הזכרים ותמצא בזה הענין כמה כתובים בתורה לפיכך אומר ר׳ יהודה כי אם נמצא קודם הפסח שלשים יום והיה זכר הנמצא בן שנה מן הכבשים או מן העזים שהוא ראוי לפסח שאין מקריבין אותו עולה אבל מותר להקריבו פסח כי ברור שנאבד לאחד מעולי רגלי׳ שהיה מעלה אותו לפסחו וזה הנקרב שלמים ויאכל אותו המוצאו לפי שהוא ממונו על עיקרי דיננו ואם יבא במקרה שיכיר בעליו אחר כן יתן לו דמיו כמו שהיו שוה בשעה שהקריבו שלמים ואין הלכה כר׳ יהודה. *Abunde notum tibi est, holocausta jumentorum non nisi è masculis constitisse, cujus rei plurima in Lege reperies testimonia. Et ob id ait R. Jehuda, si jumentum aliquod integrô mense ante Pascha inventum fuerit, idq; masculũ unius anni, ex agnis vel hædis, quod ad Pascha idoneum erat, in holocausto illud non offerri, sed ad Pascha adhiberi licitum fuisse, cùm manifestum sit, aliquem id amisisse, qui festum conscendebat, unàq; ad celebrandum Pascha suum id secum deducebat. In sacrificio pacifico itaque consumtum id esse voluit R. Jehuda, ac ab eo, qui id invenerat, comestum, quia secundùm principia, juris nostri ejus esse censebatur. Quòd si autem accidisset, ut primus possessor dein postea certior de eo factus fuerit, tantum pro eo solvere illi tenebatur inventor, quantum illo tempore constiterat, quô in sacrificio pacifico consumebatur. Hæc R. Jehudæ erat sententia, cui tamen non subscribebatur.*

ה

בראשונה היו ממשכנין את מוצאיה עד שהוא מביא עמה

V.

Qui jumentum invenerant, tamdiu olim oppignerabantur,

נסכיה חזרו להיות מניחין א אותה ובורחין התקינו שיהו נסכיה באין משל ציבור·

bantur, donec libamina ad id offerrent; cùm autem ii tandem fugerent, idque linquerent, constitutum erat, ut libamina ejus è sumtibus Ecclesiæ provenirent.

ANNOTATA.

Oppignerabantur.] In pignus puta aliquid ab iis olim prendebatur, donec requisita ad id libamina, tres nimirum decimas similæ ad juvencum, duas ad arietem, & unam ad agnum, è propriis sumtibus offerrent.

Cùm autem fugerent.] Ut ipsâ fugâ, & contemtu oblatum fortunâ jumentum consequendi, hoc onere se liberarent, è sumtibus Ecclesiæ libamina emebantur. Nec enim æquum erat tanta hominibus imponere onera, quibus ferendis multi pares non erant.

E sumtibus Ecclesiæ.] Notius est quàm ut exponi debeat, quis verborum horum sensus sit: Cùm tamen ipse *Maimon* ad finem capitis hujus rem illustret, dicam nobis nemo scribet, si verba ejus addamus: Ait autem, בכל מקום שאומר משל ציבור כונה בו שיביא מתרומת הלשכה, ד״ר משל ציבור *idem semper significare, ut ex ea siclorum summa, quæ quotannis è conclavi depromebatur, rem, de qua sermo est, coëmendam esse.*

ו VI.

א״ר שמעון שבעה דברים ב״ד התקינו ב״ד וזה אחד מהן גוי ששלח עולתו ממדינת הים ושלח עמה נסכים קריבין משלו ואם לאו קריבין משל ציבור וכן גר שמרת והניח זבחים אם יש לו נסכים

R. Simeon ait, septem à Synedrio decreta esse, in quibus hoc unum est, (*quod præcedente commate diximus.*) Reliqua hæc erant, ut holocaustum, quod gentilis è provincia maris, libaminibus suis additis, transmiserat, ex ejus sumtibus offeratur; sin minus, è sumtibus Ecclesiæ; quemadmodum & sacrificium,

קרבין משלו ואם לאו קרבין
משל ציבור ותנאי בית דין
הוא על כהן גדול שמת ש
שתהא מנחתו קריבה משל
ציבור ר' יהודה אומר משל
יורשין ושלימה היתה קר
קריבה:

sacrificium, quod proselytus mortuus reliquit, ex ejus sumtibus, si libamina addiderit, offerri debeat; sin minus, è sumtibus Ecclesiæ. Constitutum porrò à Synedrio erat Sacerdotis magni caussâ, qui diem suum obierat, ut sacrificium ejus è sumtibus Ecclesiæ offerretur: R. Jehuda ait, è sumtibus hæredum. Idipsum autem integrum offerebatur.

ANNOTATA.

Holocaustum, quod Gentilis è provincia maris transmisit.] Libertatem Gentilibus holocausta offerendi ideô concessam, *Raschi* ait in *Mass. Menachot p. 51.* כדאמר בפרי' כל מנחת איש מה תלמוד לומר איש איש לרבות את הגוים שנודרין נדבות כישראל *quia dicitur in Lege homo homo, seu, ut Judæi Hispanienses, varon varon, i.e. quicunque, ut comprehenderentur Gentiles, qui tam vovent & sponte offerunt, quàm Israëlitæ,* prout nobiliss. *Seldenus Lib. III. Cap. 4. de Jur. nat. & gent.* sensum verborum horum expressit.

E provincia maris.] Maimon Cap. IV. Hilch. Schek. legit ממדינה אחרת, *ex aliis provinciis.* Nec enim, Templo adhuc durante, Gentiles magnô numerô in Terra Israelitica habitasse, inquiunt *Tosephot Jom Tof.* דבאי בזמן הבית לא שכיחי גוים כולי האי.

Libamina.] Id est, ut Raschi exponit, דמי נסכה, *nummos ad ea coëmenda.*

Quod proselytus mortuus reliquit.] Qui ante obitum, ad sacrificium libamina sua, vel ipsos potius nummos, collegit: Sin id minus, è sumtibus Ecclesiæ emebantur, siquidem nulli amicorum aderant, ad quos hæreditatis lege demortui bona redirent.

ז

על המלח ועל העצים שיהו
הכהני' נאותים בהן ועל ט

VII.

Constitutum porrò est salis & lignorum caussâ, ut Sacerdotes iis fruerentur; vaccæ rubræ

הפרה שלא יהו מועלין ב
באפרה ועל הקינין הפסולות
שיהו באות משל ציבור ר׳ יוסי
אומר המספק את הקינין ם
מספק את הפסולות.

rubræ autem cauſsâ, ne ob uſum cineris ejus perfidè egiſſe eos credendum ſit. Decretum etiam eſt Kinin profanorum cauſsâ, ut alia eorum loco è ſumtibus Eccleſiæ coëmerentur. R. Joſe ait, eum, qui de Kinin proſpiciebat, profanorum quoq; cauſsâ proſpexiſſe.

ANNOTATA.

Ut Sacerdotes iis fruerentur.] Subintellige ad ſalienda ſacrificia, eaque comedenda. Vid. *Bartenoram.*

Ne ob uſum cineris ejus perfidè egiſſe eos credendum ſit.] Vide, quæ ſuprà cap. II. de ſignificatione verbi מעל annotavimus. Ut autem cœterùm leges mori ſerviunt, ac diverſæ quandoque, eæque prioribus prorſus contrariæ, à prudente Legislatore, neceſſitate ſuadente, ferri ſolent; ita & in Judæorum Republica *Lex de Vaccæ cinere* quædam rogabatur, quam paulò poſt antiquatam, dein iterum civibus imponebat Magiſtratus. Sacra enim pagina, niſi Judæi falluntur, non impediebat, quò minus vaccæ rufæ cinere uterentur, aliud tamen humanis cavebatur legibus. Etenim לפי שהיו הכהנים משתמשין באפרה בחבורותיהן גזרו שיהיו מועלין באפר. *poſtquam Sacerdotes immoderata cepit libido, vaccæ cinere vulnera, & cicatrices ſuas ſanandi, tum demum decretum erat, ut ob uſum cineris ejus perfidè ſacerdotes egiſſe credendum fuerit*, quæ ipſa tamen conſtitutio dein quoque deſiit, priſtinâ conſuetudine introductâ, Commentatoribus ita docentibus: וכשנסתלקה הסבה ופרשו מהם בני אדם החזירו הדבר לעקרו והתקינו שלא יהו מועלין באפרה. *Cum autem cauſſa hæc ſublata eſſet, & inſtituto eô uti amplius Sacerdotes intermitterent, in priſtinum ſtatum res deducta eſt, denuòq; conſtitutum, ne ob uſum cineris vaccæ, oblationem transgreſſionis debuerint.*

Kinin profanorum cauſsâ.] Hanc quoque legem tulit Synedrium, ut, ſi columbæ, vel turtures, avolaſſent, aut etiam vitio laboraſſent, damnum è ſumtibus Eccleſiæ penſaretur: Nec id injuria. Cùm enim, qui columbas debebant, in ſingularem arcam ſuos nummos

mos conjecerint, è quibus ſuo nomine columbæ offerrentur, grande nefas fuiſſet, ſi ad damnum, citra eorum noxam factum, denuò penſandum obligati ii fuiſſent. Vide pluribus Bartenoram.

Qui de Kinin proſpiciebat.] Seu, quicum Theſaurarii paciſcebantur, ut certâ pecuniâ per integrum menſem columbas divenderet. Ita enim *Bartenora*: אותו שהוא רגיל לספק את הקינין שפסק דמים עם הגיזברים למכור להם כל הקינין הצריכין הוא חייב להחליף כל שימצא בהן פסול. *Is, qui de Kinin aliàs proſpiciebat, ſeu qui cum de certo pretio Theſaurarii paciſcebantur, ut quotquot iis opus habuerint, eos divenderet, is inquam, eos turtures vel columbas, quæ profanæ redditæ fuerint, permutare debebat.*

פרק ח — CAPUT VIII.

משנה א — MISCHNA I.

כל הרוקין הנמצאין בירושלים
טהורין חוץ משל שוק העליון
דברי ר' מאיר ור' יוסי אומר
בשאר ימות השנה שבאמצע
טמאין ושבצדדין טהורין וב
ובשעת הרגל שבאמצע טה
טהורין ושבצדדין טמאין ש
שמפני שהן מועטין מסתלקין
לצדדין :

OMnia ſputa Hieroſolymis inventa munda ſunt, præterquam in foro ſuperiori reperta, ut τῶ R. Meir videtur: At R. Joſe opinatur, reliquo anni tempore, in medio ſputa inventa, immunda eſſe; à lateribus autem reperta, munda: Et tempore trium feſtorum in medio inventa, munda; à lateribus autem, immunda eſſe, quia enim tum pauci ſeminifluorum erant, ad latera receſſerunt.

ANNOTATA.

Omnia ſputa.] Divinæ requirebant Leges, ut qui à ſeminifluo conſputus fuerit, ad veſperam usque pollutus ſit, qua de re pluribus vid. caput XV. Levit. Ipſum enim ſputum etiam immundum erat, à quo ſedulò ſibi cavere debebant,

Præ-

Præterquam in foro ſuperiori reperta.] Habitabant quippe in eo Alienigenæ, qui Judæis æquè immundi erant, ac profluvio laborantes. Ita enim *Maimon*: הנכרים אצלינו כמו זבים אמר גזרו עליהם שיהא בזבים לכל דבריהם והיו בשוק העליון של ירושלים נכרים שוכנים שם. *Alienigenæ eodem apud nos locô ſunt, quô ſeminiflui, & ideò conſtitutum quoq; erat, ut in omnibus eorum negotiis ſint tanquam ſeminiflui. Habitabant autem alienigenæ Hieroſolymis in foro ſuperiori.* Conf. Siphra p. 145. & Bartenoram. Quin imò & ſputum eorum polluebat, cujus exemplum annotatu dignum ex Abot R. Nathan refert *Ligthfootus in Chorogr. Matth. præmiſſa p. 69.* Nec autem eadem cauſſa omnibus arridet: Ideò enim alii forum ſuperius immundum habitum fuiſſe volunt, quia לא היתה דריסת הרגל מצוייה שם וזבין וזבות שמתבודדין ומתרחקין מבני היו מצויין שם, *nulla conculcatio pedis* (veſtigia) *ibi inventa eſt, & immundi omnes tam viri, quàm fœminæ, qui ſeorſim vitam agebant, ac aliorum conſortia vitare tenebantur, eo in loco degebant.*

Reliquo anni tempore.] Præter tria feſta ſolennia.

In medio ſputa inventa, immunda eſſe.] In medio ſcilicet viæ. Solebant nempe profluviô laborantes, per integrum annum, exceptis tribus feſtis, medium viarum ingredi, ut à mundis dignoſcerentur, qui ad viarum latera incedebant, ne vel contactu, vel ſputo, polluerentur. Ipſo autem feſtô Paſchatis, Pentecoſtes & Tabernaculorum, inversô ambulabant ordine. Tum enim & ob grandem gentis confluxum, & quia maximam partem Judæi mundi erant, profluvio laborantes viarum latera tenebant, reliqui verò medium viæ. Vid. Commentatores.

Quia enim tum pauci ſeminifluorum erant.] Catervatim videlicet illo tempore Hieroſolymas ſe conferebant, expreſsâ lege latâ, ut toto prius ſe corpore abluerent, Maimonidis teſtimoniô: חייב אדם לטהר עצמו ברגל.

ב

כל הכלים שנמצאין בירושלים דרך ירידה לבית הטבילה טמאין דרך עליה טהורין שלא

II.

Omnia inſtrumenta & vaſa Hieroſolymis inventa, in deſcenſu ad lotionis locum immunda ſunt; in adſcenſu autem

כדרך ירידתן עליתן דברי ר׳ מאיר ר׳ יוסי : אומר כולן טהורין חוץ מן הסל ומן המגריפה והמריצה המיוחדין לקברות :

autem ab eodem; munda, quia non eadé eſt ratio deſcenſus ac adſcenſus eorum, juxta R. Meir: R. Joſe tamen ea omnia munda cenſet, exceptô caniſtrô, palâ, & oſſifrangibulo, quæ unicè ad ſepulchra deſtinata erant.

ANNOTATA.

In deſcenſu ad lotionis locum.] Duæ ad lotionis locum ducebant viæ, quarum alterâ deſcendebatur, ut per eam vaſa ad eundem deferrentur, alterâ autem adſcendebatur, ut vaſa, aquis jam purgata per eam auferrentur. Cauſſam Bartenora innuit. Diverſis nempe viis ideò eos, qui vaſa ferebant, uſos eſſe, inquit, שלא יגעו טמאים בטהורים, *ne immundi, mundis obviam facti, eos contingerent.*

Non eadem eſt ratio deſcenſus, ac adſcenſus eorum.] Delata enim ad lotionis locum, adhuc immunda erant vaſa illa, aquis brevi abluenda; deportata autem ex eodem, munda erant, aquis jam purgata. Vid. Commentatores.

Palâ.] Quâ demortuorum oſſa hinc inde diſperſa colligebantur, ac in caniſtrum quoddam conjecta, ex alio in alium locum ferebantur. Ita enim *Maimon* cum aliis vocabulum מגריפה exponit: מגריפה כלי שמקבצין בו עצמות המתים.

Oſſifrangibulo.] Opus hic erat ὀνοματοποιῶν, quod B. L. non ſiniſtrè interpretabitur. Si cui aliud pro eo commodius vocabulum ſubſtituere libet, pace noſtrâ id ei licebit: Nec enim ideò contentionis ſerram reciprocabimus. Erat autem המריצה, Commentatoribus annotantibus, כלי שהיו מכתתין ומרצצין בו העצמות כדי שיכנסו בסל להוליד אותן ממקום למקום, *inſtrumentum, quô demortuorum oſſa confringebantur, ac contundebantur, ut in caniſtrum conjecta ex alio loco in alium commodiùs perferri potuerint.*

ג

סכין שנמצאת בארבעה עשר שוחט בה מיד בשלשה עשר

III.

CUm cultro, XIV. menſis Niſan invento, ſtatim ma-

שונה ומטביל וקופיץ בין בזה
ובין בזה שונה ומטביל חל א
ארבעה עשר להיות בשבת
שוחט בה מיד בחמישה עשר
שוחט בה מיד נמצא׳ קשור׳
לסכין הרי זה כסכין.

ctare licet : XIII. autem repertus denuò abluitur, ſicut ſecuris ſeu XIII, ſeu XIV. inventa denuò ablui debet. Si decimus quartus in Sabbatum incidit, ſtatim cum ea mactant, itemq; XV. Si cultro alligata invenitur, eô habetur locô, quo culter ipſe.

ANNOTATA.

Cum cultro.] Mactabatur die XIV. menſis Niſan jumentum ad Paſcha, quod ut ritè fieret, antecedente die mactationis cultrum aquâ lavabant. Is ipſe autem die XIV. Niſan inventus, idoneus erat, quicum ſtatim, nullâ prævia lotione, agnus Paſchalis mactaretur, quia pridie, ſi pollutus erat, à poſſeſſore juſto lotus jam eſt. Nec metuendum hîc erat, ne à multis retro diebus perditus is fuerit, nedum quidem lotus, cùm in tanto hominum, qui feſto diei aderant confluxu, fieri non potuerit, quin is antea à quoquam inventus fuiſſet.

Decimo tertio autem repertus denuò abluitur.] Nec enim conceſſerant forſan alia negotia tum eum abluere, ut ad veſperam usque expectandum fuerit, & ſic illotus remanſerit.

Securis.] Exponunt Commentatores τὸ קופיץ per cultrum grandem, qui utplurimùm, non ad mactationem ipſam: ſed ad diſſecandam carnem, & confringenda oſſa adhibebatur. Ita enim *Raſchi in Maß. Peſach. p. 70.* קופיץ סכין גדול הוא ורובן אינן לשחיטה אלא לחיתוך בשר ולשבירת עצמות. *Kopiz culter grandis eſt, qui ut plurimùm non ad mactationem ipſam: ſed ad diſſecandas carnes oſſaq; confringenda adhiberi ſolet.*

Seu XIII. ſeu XIV. inventa, denuo ablui debet.] Quia abluta forſan ea nondum eſt; ſiquidem decimo quinto demum Niſan oſſa confringebantur.

Si decimus quartus in Sabbatum incidit, ſtatim cum ea mactant, itemque XV.] Quia neminem latebat

pridie

pridie ſecurim illam lavari debuiſſe, *Bartenora* judicio: לפי שכל העם יודעים שהזאה וטבילה אסורה בי״ט ומטבילין את הכל מלפני י״ט *Quia unicuiq; notum erat, aſperſionem & lotionem feſtô die prohibitam eſſe, ac omnia ante eum ablui.*

Si cultro alligata invenitur.] Securis cum cultro, cui adhærebat, inventa, eodem habebatur loco, quô culter ipſe. Jam ante enim cum eo aquis purificata ſimul credebatur, eô tempore, quô cultrum lavare opus erat. Aliter tamen Maimonides rem interpretatur, quem ſuo loco vide.

ד

פרכת שנטמאי בולד ה
הטומאה מטבילין אותה ב
בפנים ומכניסין אותה מיד
ואת שנטמאת באב הטומאה
מטבילין אותה בחוץ ושוטחי
אותה בחיל מפני שצריכה
הערב שמש ואם היתה ח
חדשה שוטחין אותה על גג
האיצטבא כדי שיראו העם
את מלאכתן שיהא נאה.

IV.

Velum, quod ſpeciali pollutione pollutum eſt, abluitur intus, ſtatimque reconditur: At quod generali pollutione pollutum eſt, abluitur foris, & in Antemurali expanditur, quia ante Solis occaſum nondum mundum cenſebatur. Si autem velum illud novum erat, ad tectum porticus expandebatur, ut populus artificium ejus videret, quia valdè pulchrum erat.

ANNOTATA.

Velum quod ſpeciali pollutione pollutum eſt.] V. g. cum liquoribus immundis, qui vaſa etiam Rabbinorum arbitrio, polluunt, idque unicè ob ſputum ſeminiflui, ut omnis populo adimeretur occaſio, negligenter eam rem tractandi. Fieri enim potuiſſet, ut ipſum ſeminiflui ſputum, pro alio liquore, quis habuerit, eôque imprudenter ſe contaminaverit.

Abluitur intus.] In Sanctuario puta. Quæcunq; enim per accidens ſaltem polluebantur, ſeu per ולד הטומאה, ut Rabbinis loqui libet, ea extra ſanctuarium abluere opus non erat, nec ad veſperan us-

que relinqui debebant: ſed confeſtim, ac lota erant, portis ſuis prætendebantur.

At quod generali pollutione pollutum eſt.] V. g. per morticinium, aut leproſum &c. quæ אבות הטומאה dicuntur, (*vid. cap. I. Maſſ. Kelim*) ea quidem ſedulò extra Sanctuarium lavari debebant. Magnas enim is pœnas dedit, qui datâ operâ reptile im̃undum, aut aliud etiam, quod polluebat, in Sanctuarium intulerat, ſecundum illud Maſs. Erub. p. 104. 2. המכנים טמא שרץ במקדש חייב.

Ad tectum porticus.] Ita legit Talmud utrumque, cum quatuor, quas poſſideo, editionibus Miſchnajot. At Maimonides cap. VII. Hilch. Chele hammikd. & R. Abraham Haróphe cap. XXIX. conſtanter legunt עַל גב האיצטבא, quæ lectio non incommoda mihi videtur. De ipſa autem vocabuli איצטבא ſignificatione vide Succa cap. IV.

ה

רשבּ֗ג אומר משום ר׳ שמעון בן הסגן פרוכת עביה טפח ועל שבעים ושנים נימין נארגת ועל כל נימא ונימא כד חוטין ארכה מ׳ אמה ורחבה ך׳ אמה ומשמונים ושתי רבוא נעשית ושתים עושין בכל שנה ושלש מאות כהנים מטבילין אותה׃

V.

R. Simeon F. Gamaliel nomine R. Simeon F. Sagan ait, velum unius palmi craſſitie fuiſſe, LXXII. funiculis intextum, quorum quilibet viginti quatuor fila habuerit. Longitudine autem fuiſſe XL. cubitorum: latitudine, viginti, ac ex octoginta duabus myriadibus filorum conſtitiſſe. Duo autem quotannis facta erant, & quodlibet à trecentis Sacerdotibus lotum.

ANNOTATA.

F. Sagan.] An Patris hoc nomen fuerit, aut an ab officio ſuo, quod obibat, ſic appellatus ſit, ipſi Judæi ignorant. Ego tamen ab officio hoc eum traxiſſe nomen reor.

Velum.] Non de quolibet velo Mischnæ nostræ hîc sermo est: sed de eo saltem, quod τῷ προνάῳ præfigebatur. Benè enim Autor τοῦ שלטי גבורים cap. XXIX. דבר גלוי ומפורסם לכל שבכל השערי׳ שמבקדש לא היה פתח גדול כפתחו של אולם ששאר השערין גובהן היה עשרים ואמה ורחבן עשר אמות וזה היה גבהו ארבעים אמה ורחבו ד׳ אמה *lippis notissimum*, inquit, *in omnibus portis Sanctuarii nullam adeò magnam fuisse, quàm portam pronai. Altitudo enim reliquarum portarum erat XX. cubitorum: latitudo, decem; Hujus autem altitudo erat XL. cubitorum, & latitudo, viginti.*

Quorum quilibet viginti quatuor fila habuerit.] Nectebantur enim funiculi illi è quadruplici diversi coloris serico, ex hyacintho videlicet, purpura, cocco, & bysso, quorum fila, si summam colligas, viginti quatuor erant, siquidem è quolibet colore sex fila ducebantur.

Ac ex octoginta duabus myriadibus filorum constitisse.] Nonnulli verba hebraica de numero filorum exponunt; alii autem de pretio & sumtibus, quos velo contexendo impenderant, quam sententiam sequitur *Maimonides ad Mischnam*. Ita enim ille: שמונה מאות אלף ועשרים אלף דינר *Velum 820000. denarios aureos constabat.* Pro varia autem eorundem verborum lectione alius porrò sensus elici potest, *Bartenorâ* annotante: ויש ספרים שכתוב בהן ובשמונים ושתים ריבות כלומר דשמונים ושתים נערות בתולות מתעסקין בעשייתו, *In quibusdam enim exemplaribus legi, ait:* ובשמונים ושתים ריבות, *id est, octoginta duas virgines puellas in contexendo velo occupatas fuisse.*

A trecentis Sacerdotibus lotum.] Si κατὰ πόδα pericope hæc tota intelligenda esset, vereor ne multi fidem ei derogaturi sint. Quis enim tot Sacerdotum in lavando velo operâ necesse fuisse arbitraretur, aut tantos sibi sumtus unius veli texturam poposcisse crederet, ut alia taceam, quæ ex immatura fingendi libidine potiùs, quàm serio consilio nata videntur? Benè igitur annotandum est, quod Maimonides ad Mischnam monuit, qui הכל מה שנזכר בזה בפרוכת לשון הבאי וכן בארו בתלמוד *omne id, quod in Mischna nostra de velo hoc dictum est, locutionem hyperbolicam esse*, ait, *& ab ipsa Gemara sic exponi* contendit, quam vide in Massl. Cholin. p. 90.

ו

בשר קדש הקדשים שנטמאה בין באב הטומאה בין בולד הטומאה בין בפנים בין בחוץ בית שמאי אומר הכל ישרף בפני' חוץ משנטמא באב ט' הטומאה בחוץ ובית הילל א' אומר הכל ישרף בחוץ חוץ משנטמא בולד הטומא' בפנים׃

VI.

CArnis sanctæ sanctorum, seu generali pollutione, seu intra seu extra pollutæ, quænam est ratio? Schola Schammai ait: Omnis interius comburatur, exceptâ illâ, quæ foris polluta est pollutione generali. Hillelis autem Schola inquit, omnem carnem foris comburi, præter illam, quæ interius speciali pollutione polluta est.

ANNOTATA.

Carnis sanctæ sanctorum.] קדשי הקדשים seu sancta sanctorum vocabantur Holocausta, Sacrificia pro peccato, & reatu, itemque duo agni pacificorum interdicti. *Vid. Buxt. Lexic. p. 1980.*

Omnis interius comburatur.] In ipsa videlicet domo cineris magna, quæ in Sanctuario erat, ubi sancta levia igne consumebantur. *Vid. Bartenoram.*

ז

ר' אליעזר אמר את שנטמא באב הטומאה בין בפנים בין בחוץ ישרף בחוץ ואת שנטמא בולד הטומאה בין בפנים בין בחוץ ישרף בפנים׃ ר' עקיבא אמר מקום טומאתו שם שריפתו׃

VII.

R. Eliescr ait, quæcunq; generali pollutione polluta est seu intra, seu extra, foris comburatur: quæ autem speciali pollutione polluta est, seu intra, seu extra, comburatur intus. R. Akiba ait, carnem comburi eo ipso in loco, ubi polluta est.

ANNOTATA.

Cohæret hic paragraphus cum antecedente, è quo intelligi oppido potest, ut diutius his inhærere opus neutiquam judicemus.

VIII. Mem-

ח

אברי התמיד ניתנין מחצי
כבש ולמטה במזרח ושל
מוספין ניתנין מחצי כבש
ולמטה במערב ושל
ראשי חדשים ניתנין מתחת
כרכוב המזבח מלמטה·
השקלים והביכורים אין
נוהגין אלא בפני הבית אבל
מעשר דגן ומעשר בהמה
והבכורות נוהגין בין בפני
הבית בין שלא בפני הבית
המקדיש שקלים וביכורים
הרי זה קדש ר״ש אומר האומר
ביכורים קדש אינן קדש׃

VIII.

Membra jugis ſacrificii ponebantur à dimidio gradus, & deorſum in parte orientali: at membra Muſſaphin à dimidio gradus, & inferius, in parte occidentali: & membra noviluniorum, ſub altaris ambitum inferiùs. Sicli & primitiæ non niſi ſtante Templo in uſu erant; decimæ autem frumenti, jumentorum, itemque primitiæ, & ante & poſt Templum in uſu erant. Siquis ſiclos, & primitias conſecrat, ſancta ſunt. R. Simeon ait: Siquis inquit primitias ſanctas eſſe, eæ ſanctæ ſunt.

ANNOTATA.

Membra jugis ſacrificii ponebantur.] Non ſtatim videlicet membra jugis ſacrificii à Sacerdotibus in altare ferebantur: ſed à medio gradus verſus occidentem infernè collocabantur. Conferebant ſe enim Sacerdotes primùm in conclave cæſi lapidis ad legendum Schma, quô finitô reverſi, membra demum in altare perferebant. Vid. *Bartenoram, & Maſſ. Tamid, cap. IV. pluribus.*

A dimidio gradus & inferius.] In longitudinem enim 32. ½ cubitorum gradus ille procurrebat. Ab ejus itaq; medio membra jugis ſacrificii deorſum poni cœperunt.

In parte orientali.] Inverſô ordine quædam exemplaria Miſchnæ noſtræ verba repetunt. Alia enim locô במזרח, habent במערב.

Et membra noviluniorum.] Id eſt, membra τῶν Muſſaphin, quæ in noviluniis offerebantur, qua de re vide *Maimonidem in Hilch. Tamidin.*

Sub altaris ambitum inferius.] Ea nempe ponebantur paulò infra altaris ambitum, à parte superiori gradus. Vid. *Raschi Mass. Succa p. 54. 2.*

Sicli, & primitiæ non nisi stante Templo in usu erant.] Quod enim siclos attinet, ad sacrificia ii adhibebantur, quæ cùm in usu esse hodiè desierint, siclorum etiam pensitatio sublata est, *Bartenorâ* docente: משום דצורך קרבן נינהו וכיון שאין קרבן אין שקלים. Rationem autem, cur primitiæ in desuetudinem venerint, ex eodem afferre liceat. Ait autem: וביכורים דכתיב ראשית בכורי אדמתך תביא בית ה׳ אלהך בזמן שיש לך בית יש לך ביכורים אין לך בית אין לך ביכורים *ideo primitias nullas offerri, quia scriptum sit: Initium primitivorum terræ tuæ adduces in domum Domini Dei tui &c. Exod. 23. 19. Eô itaq; tempore, quô Templum erat, primitias quoq; fuisse, & cum destructum sit, nullas etiam esse primitias.*

ADDENDA.

Ad pag. 5. lin. 32. Viginti fuisse Gerarum.] Non ingratum autem quid facturum me arbitror, si recentiores etiamnum Judæos eandem fovere sententiam paucis dixero: Interrogatus pronuper ea de re per literas doctissimus apud eos Ludimagister, hoc responsi nobis dedit, quod ad Baal Tosephot mentem confirmandam non exiguum pondus allaturum videtur: מה ששאל מאתי על השקל של הקדש ושקל של המלך לא ידעתי מה זה השקל של המלך אם לא שהוא שקל חול וזה תמצא בהדיא במסכת בכורות בדף ה׳ בשאלת הגמון לרי׳ יוחנן בן זכאי ותמצא שם שמנה של קודש הוא כפול אבל שקל הקדש ושל חול שוין הן וכן הוא בפירוש התוספות וכן משמע בגמרה בבא קמא דף ל״ז ובמסכת בבא מציעא דף ס״ד ומה שמעלתו כתב שהובא ראייה מן התורה ונביאים לא ידעתי אנה מצא ראייה זה. *Quod de Siclo sacro & Regio ex me quæris, nescio quid per Siclum Regium intelligas, nisi forsan Siclum profanum ita appelles. Reperies autem utriusq; pondus simul in Mass. Bechorot p. 5. in disceptatione illa Principis Conthrocusii cum R. Jochanan F. Sachai, ubi Baal Tosephot hæc annotavit: Mina sancta duplicata erat, siclus autem sacer & profanus æquales fuere; quod ipsum quoq; ex Gemara Bava Kama p. 37. & Bava Mezia p. 44. colligi potest. Quod autem utriusq; Sicli diversitatem è Scriptura*

ptura S. probari posse contendis, exploratum non habeô, ex quo loco demonstrari id queat. Nec verò præter unicum R. Chajim repertus mihi hactenus quisquam eorum est, qui Siclum profanum dimidiô minorem sacro dixerit. Is enim, quantum novi, solus, *in Sepher hachajim p.24.* שקלי הקדש כפולים משקלי החול *siclos sacros duplô majores siclis profanis* affirmat, in quo an complurium suffragium inveniat, ignoro.

Pag. 8. lin. 9. Discere.] Confirmamur interim non parum in conjectura nostra à doctissimo nobisque valdè Amico, *Davide* Perlhefftter/ Judæo Pragensi, cujus literarum copiam lubens B. Lectori facio. מחמת המשקל טבריא וציפורי יגעתי ומצאתי שהמשקל טיבריא
וציפורי הוא חלק ששית יותר ממשקל ירושלמי כי זה המעשה של א
אבשלום היה בירושלים משום דדוד אביו הידה בירושלים מלך ׳ ו
ומצינו כמה פעמים בגמרא במסכת שבת וכתובות שמשקל של ארץ
יהודה היא חלק ששית יותר ממשקל ירושלמי משום דתנינא תמן
מוסיפין ביהודה על המידות ועל המשקלות חלק שתות והוא חלק
ששית ׳ וטיבריא וציפורי היא בארץ יהודה כדאיתא במסי מגילה׃ לפי
זה היה המשקל שער ראשו רלג״ שקלים ושלוש של ירושלמי ובלא
זאת מוכח נמי מכח הסברה שמשקל טיבריא וציפורי היא יתירה מ
ממשקל ירושלמי דאי לאו הכי מה רבותה וחידוש אמר בגמרא תנא
משקל שאנשי טיבריא וציפורי שוקלים בדה אלא צריך לומר שהוא
יותר ממשקל ירושלמי ממילא הוא חידוש גדול ששערות ראשו היו כ
כברים כל לך׃, *Quòd ad pondus Tiberiense & Zephoræum, non destiti inquirere, ac id ipsum parte sextâ majus pondere Hierosolymitano inveni: Eo enim tempore, quò Absalon crines suos totondit, Hierosolymis erat, ubi David Pater ejus Regni sceptra gessit. Legitur autem multoties in Gemara Mass. Schabbat & Chetubot, pondus Judææ parte sextâ pondere Hierosol. majus fuisse. Ita enim discimus ibidem: Addunt in Judæa ponderibus & mensuris partem* שתות, *i. e. sextam: Erant autem civitates, Tiberia & Zephora, Megillâ annotante, in Judæa sitæ. Quapropter pondus crinium capitis ejus 233. siclos tertiamq; partem ponderis Hierosol. ponderabat; abs hoc tamen omni si foret etiam, ipsa tamen recta ratio dictitat, pondus Tiberiense & Zephoræum Hierosolymitanô majus fuisse; nisi enim ita esset, quid mirandi aut novi dixisset Doctor Talmudicus in Gemara, quod eô pondere usi fuerint, quô incolæ Tiberiadis & Zephoræ librare solebant, si idem & æquale id cum Hierosolymitano fuisset? Neces-*

ſariò igitur dicendum eſt, Hieroſolymitano id amplius fuiſſe, quod ſi conceditur, magnum utique mirum eſt, crines capitis Abſalonis adeò graves fuiſſe.

Non autem hæc eò ſcribo, ut tanti ponderis crines ejus fuiſſe credam, ſed ut oſtendam ſaltem, ne ipſos quidem Judæos unquam ſomniaſſe, ſiclorumq; diverſitatem è II. Sam. XIV. concluſiſſe Chriſtianorum nonnullorum exemplo, qui cauſſæ ſuæ præſidium quærere ex eo ſolent.

Pag. 9. lin. 19. Quisque ſiclum ſuum monetam dare debebat.] Aut melius forſan ita: *Quia cum venderent primogenituram Rachel, unicuiq; ex eadem Tibah quædam accreverat, quisq; Tibah dare debebat.* Erat enim Tibah *dimidium Selæ*, ut p. 62. annotavimus, quæ ipſa etiam expoſitio R. Samueli Japhe arridet in Jephe maareh p. 136.

F I N I S.

Index vocum & locutionum Hebræarum, quæ accuratius explicantur.


צרבי


Index Rerum insigniorum.

Errata extantiora.

PAg. 5. l. 19. lege יחי׳. p. 6. l. 22. עד. p. 7. l. 3. *προσδιορισμῷ*. p. 11. l. 6. תרומת. p. 13. l. 15. קריאת. p. 15. l. 1. עקומה. p. 23. l. 20. *Lectis*. p. 27. l. 15. באות זה. ib. lin. antepen. *Jochanan*. p. 28 l. 18. *aſcendente*. p. 33. l. 24. ולא ישמע על פיך שמות כג. p. 36. l. 6. נע ונד. p. 41. l. 20. כי הם. p. 52. l. 15. בחמישים. ib. עולים. p. 53. l. 5. *Metteua*. p. 54. l. 78. באונס. ib. lin. antepenult. *amiſit Lator*. p. 75. l. 11. לשלישית. l. 19. כמו. p. 78. l. 9. *Migdal os*. p. 83. l. 13. post *allaturi eſſent* adde *è*. p. 84. l. 29. זהב. p. 87. l. 8. הוצרך. p. 89. l. 1. מגל יד. p. 93 l. 29. *Xyſtum conficiendum erat*. lin. 32. *aliud, & dein per quod* p. 95. l. 22. *è reliquiis*. p. 96. l. 22. *quodlibet ejus Xyſtum*. p. 107. l. 23. *fecit*. p. 112. lin. 21. poſt *offerre* adde *ſe*. p. 115. l. 12. מקל ultimum dele, & pone l. 13. ante vocabulum הבלשין. l. ult. lege הממונה. p. 116. l. 26. dele *emplaſtra*, & lege: *ac ſaluberrima pharmaca*. lin. ſeq. dele *expellentia*, & lege, *lenientia*. p. 121. lin. 13. *Hæc ille*!

Reliqua Candidi Lectoris humanitati corrigenda relinquimus.




Angelo * Pandi